CHRISTIANI DANIE

GR. ET LAT. LING. PROF. O. ORD.
ET DECANI

COMMENTATIONES A

DE

INTERPRETATIONI

SCRIPTO

ATQVE MONVME

AD SENSVM VERI ET PVLCRI FACIL

EXCITANDVM ACVE

RECTE INSTITVE

QVIBVS VARIA SCRIPT

EMENDANTVR EXPLICANTVR

LIPSIA

IN BIBLIOPOLIO GL

CIƆIƆCCXCI

ANIELIS BECKII

O. ORD. PHIL. H. T. PROCANC
ECANI

NES ACADEMICAE

DE

IONE VETERVM

TORVM

IVMENTORVM

RI FACILEM ATQVE SVBTILEM

ACVENDVMQVE

NSTITVENDA

CRIPTORVM LOCA
CANTVR ILLVSTRANTVR

SIAE
IO GLEDITSCHIO
CCXCI

COMMENTATIO PRIMA
DE
SENSV CRITICO
EXCITANDO MAXIME EXPONENS.

§. I.

Ab eo inde tempore, quo munus Graecas Latinasque litteras in hac academia publice profitendi mihi demandatum eſt, ſi quae fuerit ordinis mei auctoritate neceſſitas impoſita, vel potius opportunitas oblata, commentandi, ea ita vti conſtitui, vt, ſi forte nonnulla ad veterum auctorum lectionem, explicationem, vſumque vel defendendum vel iuuandum vel inſtituendum me ipſa muneris ratio et vel interpretatio ſcriptorum antiquorum aſſidua, vel exercitatio optimorum iuuenum his litteris deditorum continua, vel diligens lectio obſeruare iuſſiſſet, ea proferrem, et ita exponerem, vt, ſin minus nouitate ſua, quadam vtilitate commendarentur. Sequi vero in his maxime eam placuit omnis inſtitutionis philologicae deſcriptionem, quam ante aliquot annos, ſcholarum mearum cauſa, propoſui *a*) et illuſtraui. Iam vero ex iis, quae cum illo loco attigi, tum nuper vbi de auctoribus claſſicis graecis et recta cuiusuis ſcriptoris inter-

a) Monogrammata philologicae inſtitutionis 1787. 8.

pretandi ratione agebam, copiosius disputaui, vix vlla praeceptio grauior est, quaeque maiorem habeat vel ab vtilitate commendationem, vel a difficultate cautionem, quam ea, quae ad subtilitatem sensus in tractandis explicandisque praecipuorum antiquitatis scriptorum libris et monumentis veteribus formandam pertinet. In qua quidem duobus libellis, deinceps edendis, persequenda ita versabor, vt, *qua ratione sit ipsius interpretationis genere et modo efficiendum, vt non modo subtiliter sentiatur et iudicetur, quae vera lectio et mens sit cuiusque loci, quae vis dictorum, sententiarum veritas, orationis venustas, aut contra, quam perperam legatur, quam male praeceptum dictumue sit, verum etiam facilitas quaedam exoriatur ista sensu certo percipiendi et promto iudicio expediendi*, inprimis in illis locis, ubi doctrina sola eruditionisque copia vel nihil certi constituit, vel magis dubiam reddit et lectionem et sententiam, vel impedit adeo iudicium rectum, doceam, finesque eius rei et rationem ac modum accuratius, si possim, constituam. Quod ne cupidius aut in contemtum doctae interpretationis auctorum veterum dictum videatur, sententiam copiosius, quamquam vniuerse, declarare me oportet. Etenim quum duo sint ab eo, qui interpretis partes in se susceperit, peragenda, alterum, vt ostendat et omnem librum locumue, quem interpretetur, genuinum esse neque spurium, et verborum singulorum lectionem veram, neque vanam, alterum, vt et ipsam loci cuiusque sententiam et vim, integram neque mancam, nobis recte explicando cum verba tum res vertendoue, reddat, et rectene et vere et eleganter auctor, quem tractamus, dixerit, doceat *b*) (quae quidem suo modo poterunt facile ad monumentorum et operum antiquorum interpretem transferri): nemo non concedet, ad iudicium de libri carminisue auctore ferendum, ad lectionem loci constituendam, ad significationem verborum et singulorum et iunctorum eruendam, ad sententiam loci exhibendam et illustrandam, ad veritatis et venustatis dictorum intelligentiam

b) Secutus maxime sum verissimam partium editoris descriptionem, apud *Vuyttenbach.* V. Cl. in Specim. edit. Opp. Plut. Bibl. Crit. Amst. P. IX. p. 3 — 10.

tiam iuuandam, quaeri librorum scriptorum auctoritatem et vsum, historiae, et philosophiae, et aliarum artium ac litterarum cognitionem iustam, linguarum veterum non vulgarem et leuem, sed subtilem, copiosam et ex reconditis earum thesauris haustam scientiam, scriptorum antiquorum omnium multam lectionem et quandam cum optimis auctoribus initam consuetudinem, assiduam eorum inter se, interdum etiam cum recentioribus, comparationem; verbo, vberrimam et variam doctrinam *c*); sed quisque etiam fatebitur, sensum quendam naturalem et iudicium rectum, vsu confirmatum, de eo, quod certum, rectum, verum, aptum, decorum, pulcrum, venustum est, interpreti inesse, eundemque etiam apud illos, quibus scriptorem interpretetur, excitari debere. Nam *primo*, vt illis ipsis, quas exposui, eruditionis copiis recte et suo loco vtaris, id iudicii illius subtilioris et acrioris vnice esse inde patet, quod, quibus illud deerat aut doctrina nimia opprimebatur, ii nunc scriptoribus verba obtruserunt, exquisita scilicet et elegantia, quibus vti potuissent, si voluissent, nunc sententiam omnem et mentem scriptoris peruerterunt, dum nescio quid reconditi et abstrusi venarentur, vbi plana omnia et aperta essent, nunc sensum venustatis corruperunt, dum ad doctrinae ostentationem scriptores reuocarent, aut perperam cum recentioribus conferrent. In quo genere quo saepius animaduerti a nostratibus etiam, aestheticis maxime qui dici voluerunt, interpretibus peccatum esse, eo lubentius vel inuidiae vitandae causa ab exemplis abstineo *d*). *Deinde* occurrunt loci, inprimis

c) Cuius omnem ambitum optime et emensus est et delineauit *Ruhnkenius*, V. C. in Elogio Hemsterhusii p. 50. ss. Add. *Hemsterhusii* Or. de mathematum et philosophiae studio cum litteris human. coniungendo in Valck. et Hemst. Oratt. L. B. 1784. p. 99. ss.

d) Siquis talia velit cognoscere, aliquo sensu praeditus, vel unum ex Theocriti Idylliis praecipuis adhibita omni Criticorum copia et emendationum apparatu legat, aut commentarios in Anacreontem, et in principes Latinos poëtas, conscriptos examinet. In Theocr. XI, 22. s. quam multa, necessitate nulla urgente, sunt tentata. Verba praecedentia λευκότερα — ὠμᾶς ad compellationem puellae sunt referenda (non εἷς supplen-

inprimis poëtarum, vel adeo corrupti, vt in Codicibus parum praesidii habeatur, vel ita male habiti a Grammaticis antiquis, vt maxime discrepent Codicum lectiones, qui vt restituantur, liberentur ab interpolatis versibus et verbis, vt eligatur e pluribus vera lectio, sensu iusto et iudicio acri definiendum est. Nam etsi nemo negabit, harum rerum peritus, codicum antiquorum vim magnam, vsum inprimis commendandum, esse, nec improbo omnino, quae eam in rem *Brunckius* V. C. (ad Apoll. Rhod. p. 104.) scripsit (nam ineptos Codicum quorumuis et vulgatae lectionis patronos non facile curo): tamen cauendum est, ne putemus, semper vnice iis inhaerendum esse, et deprauatae eorum lectioni emendationem, quae oratione, nexu, sensu, et natiua quadam pulcritudine commendetur, praeferre vspiam dubitemus. Digna sunt, quae teneantur, decreta Viri docti in Bibl. Crit. Amst. P. VI. p. 36. „Sed absque Codicum auctoritate vulgatam scripturam mutare, hoc vero Criticae lex vetat. Quam nos legem, ut vniuerse probamus, ita non adeo late patere iudicamus, quin aliquando cum venia migrari possit. Nam si vulgata lectio manifesta falsitatis indicia, alia per coniecturam inuenta omnes numeros veritatis habere, videatur, licet profecto hanc in sedem illius reponere.“ Add. *Athanas. Augerii* Obseruationes Criticae

plendum): tu quae es candidior etc. tum post ὤμας colon, et post v. 22 atque 23 commata, post ἀθρήσασα autem interrogationis nota, ponantur, ut φοιτῆς, ἔρχη φεύγεις, pendeant a τί v. 19. et interrogatio illa, quae doloris sensui, repudiatione excitati, maxime conuenit, continuetur. Erat vir magnus, qui in eodem carmine versum 50. post 33. poni mallet. Sed legat mihi quis attentius versus 31. 32. 33. et sensum ipse suum consulat, an nunc sequi possit: Αἴ δέ τοι αὖτος ἐγὼν δοκέω λασιώτερος ἦμεν — In Horat. Od. 1, 34, 8. aberrauit nuperrimus editor, nimis heu! cito suis et litteris ereptus, in iudicio de vi vocab. *volucrem currum*. Est vero illud alatum, siue currus siue equi alas gerant. Sed in hoc imaginem velocitatis inesse vel pueris tritum. Ergo propria vis a remotiori distinguatur. Talia centena afferri possent! Vid. Pind. Olymp. 1, 140. coll. v. 124. et qui nuper de alis et alatis numinibus scripserunt, *Doeringius* atque *Iunkerus*. Perperam etiam saepe ex comparatione similium locorum et sententiarum de imitatione iudicatum. Exemplo sit locus Horat. Epp. 1, 7, 92. quem ex Eurip. Iphig. Taur. 455. expressum statuit Markland. Expl. loc. quor. p. 255. Scilicet Horatium prorsus nihil ingenio suo debere volunt!

ticae de scriptis veterum ab editore emendandis, praemissae editioni Lysiae, et nuper repetitae ab initio Demosthenis edit. T. I. p. 24. ss. Quid enim? nonne constat, multorum scriptorum omnes quotquot habentur, codices ex vno et communi fluxisse fonte *e*)? qui si vitiis laboraret, ea in omnes inde ductos riuos deriuata et aliis aucta sunt. Nam quod in codicibus, ex vna veluti stirpe propagatis, interdum diuersitas est lectionis, eam vel librariorum aberrationi vel Grammaticorum emendationi deberi, neminem fugit. Aut quis ignorat, si libri cuiusdam duplex ab auctore ipso profecta fuerit recensio, eam plerumque antiquitus ita confusam esse, vt vtriusque lectiones iidem exhibeant codices *f*)? Quem latet, eorum auctorum, poëtarum maxime, qui in numerum erant a Grammaticis antiquis recepti *g*), aut in scholis, coenobiorum inprimis, frequenter legebantur et explicabantur, codices contaminatos esse supposititiis versibus et locis et verbis plurimis *h*), quas fraudes detegere saepe magis sit subtilioris et acrioris sensus, quam omnium codicum examinis copiosaeque lectionis? Denique quis nescit, distinctionem verborum siue interpunctionem rectam non cognosci plerumque e codicibus, qui quo antiquiores sunt, eo magis hoc grauissimo intelligentiae adiumento carent *i*), quod diligens loci cuiusque contemplatio

et

e) Quod de Tibulli codd. docet Heyn. praef. ad Tib. p. X. In Virgilii carminibus toties descriptis idem Vir doctiss. non nisi duas codicum familias deprehendit. v. Praef. ad Virg. T. I. p. XL. In plurimis Graecis scriptis non nisi vnum esse codd. fontem obseruaui. Quem tantopere vsum Codd. praeferre omnibus coniecturis notauimus, *Brunkius* tamen in Apoll. Rhod. 1, 1132. facile recepit emendationem certissimam VV. DD. ad Hesych. ἐριωλὰς, pro ἐργωλας quod Codd. habent. Ergo vitium omnibus Codd. antiquius est.

f) Haec postquam *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plutum subinde (v. c. p. 270.) ostenderat, sunt ad aliorum scriptorum iudicium a multis translata.

g) V. *Ruhnk.* Hist. Crit. Oratt. Graec. T. VIII. p. 168. sq. ed. Reisk. Oratt. gr. et meos Comment. de litteris et auctor. graecis P. I. Sect. I. p. 49. s.

h) v. *Markland.* Explicatio locorum quorundam, subiecta Supplicibus Eurip. p. 261. et *Koppiers* Obseru. Philol. p. 133.

i) Exempla multa affert *Morel* dans ses Elémens de Critique (Par. 1766. 8.) p. 346.

et ſenſus vis ſuppeditant. Quam multis carituri ſimus ellipſium et anacoluthiae et negligentiae incuriaeque ſcriptorum commentis grammaticis, niſi placuerit vel vaniſſimis codicum lectionibus, tanquam ſcopulo affixis, adhaerere interpretibus *k*), qui, ſi meliorem lectionem, ingenio acuti viri dudum inuentam, in codice quodam reperiſſent, tum demum eam dignam eſſe cenſebant, quae in ordinem reciperetur; parum cogitantes, vel in codice eam eſſe poſſe Grammatici emendationem. Quae quidem omnia non eo conſilio ſcripſi, vt mutandi ſcriptorum veterum verba temeritatem defenderem aut emendandi ſcilicet pruritum excuſarem, aut vſum atque vim codicum deprimerem *l*), verum vt perſuaderem noſtris hominibus, non eſſe vnice omnia ad Codicum numerum et praeſidium referenda, nec nihil in hoc genere ingenio exercitato, iudicio ſubacto, et ſenſui acriori tribuendum, quo vera et ſana lectio vel e codicum deprauata ſcriptura eruatur, vel diuinando attingatur *m*). Nam profecto ex ipſa variarum et lectionum et emendationum farragine, quarum ſingulae non raro vel ſententiam bonam fundunt, vel legibus grammaticis et vſu linguae aliisque argumentis ſpecioſis defenduntur, vt

eligatur

p. 346. ſſ. Add. *Trombelli* La Diplomatica o ſie l'arte di conoſcere l'età de Codici etc. p. 118. ſſ. Sed centies iſta monita ſunt. Exquiſitiora habet Cl. *Villoiſonus* in Anecd. Graec. T. II. p. 135. ſſ. et in Prolegg. ad Homerum.

k) Cf. Bibl. Crit. Amſt. P. VII. p. 55. In *Palaeph.* fab. 31, 9. oratio prorſus hiulca reſtituetur, mutatis leuiter diſtinctione et unius vocabuli accentibus: Ὁ δὲ Φρίξος κατεσκεύασε ναῦν, καὶ ἐνέθετο ἐν αὐτῇ χρήματα πάμπολλα. ἐν ᾗ νηὶ καὶ ἡ μήτηρ Πέλοπος (ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἠώς) καὶ αὐτὴ (ipſa quoque) ἐκ τῶν κ. τ. λ. niſi malueris omnem locum ἐν ᾗ νηὶ — σὺν τοῖς χρήμασι γοῦν confictum putare ex iis quae extr. Cap. leguntur, atque adeo ſpurium, quo vel Codd. ducere videntur.

l) Cf. *Ruhnken.* Elog. Hemſterh. p. 55. Nullae vero mutationes vulgatae lectionis ineptiores eſſe mihi videntur, quam quae nec grammaticis legibus nec ſenſu ſubtiliori nixae ſimpliciter proferuntur. In *Tibulli* Eleg. 1, 2, 30. *H. Frieſemannus* in Collectan. Crit. p. 186. ſcribit: Non mihi, *qui* multa decidit imber aqua. Sed qui tandem illud praeſtat vulgatae, quum?

m) Exemplo eſſe poteſt locus *Silii Italici* 2, 425. tractatus etiam nuper a Cl. *Rupertio* in Specim. Obſſ. in Silium (Magazin für Schulen I. 118. ſſ.) qui cum Villebrunio ita ſcribendus eſt: Iamque gemens geminat contra venabula dentes.

eligatur ea, quae certiſſima aut maxime probabilis ſit, acutiſſimo ſenſu efficiendum eſt, ne dubius incertusque haereas. Cuius generis loci in claſſicis poëtis Latinis, ſaepius nuper recenſitis, plurimi occurrunt. In Propert. 2, 25, 15. (2, 19, 55. Burm.) inſignis eſt codd. varietas. Plurimi enim *obſiſtam* exhibent, nonnulli *obſitam* vel *obſita*, quidam etiam *tegitur* pro teritur; et ex Ald. ſecunda editione in multas recentiores edd. fluxit *obſcura*. Heinſius emendavit: ſed tamen et ſcabra teritur robigine mucro — quod Brukhuſius probauit. Burmannus Sec. legi mauult: ſed tamen obdura — vt poëta ſuum ipſe animum alloquatur. In his iudicium Hemſterhuſii (a *Santenio* V. Cl. p. 946. adlatum) veriſſimum eſſe, ſenſus facile docebit, ſi ad variationem affectus poëtae animum attenderis. Primum ſe oſtendit nunquam Cynthiae amorem depoſiturum (1—10.). Iam ſubit mentem cogitatio omnis iniuriae, quam Cynthia ipſi fecerit. Itaque ſenſus inde excitatus ſic erumpit: nonne melius erat crudeliſſima pati mala; hoc eſt, nonne amor ille me crudeliſſime torquet, atque adeo abiiciendus eſt? Tum redit amoris vis, animum maxime regens: ſed tamen obſiſtam, h. e. perſiſtam in amore, ferens omnes eius iniurias; lapides et ferrum tempore conſumuntur, meus amor nunquam atteretur. Non poterat poëta in hoc affectuum progreſſu ſe ipſe cohortari, ſed potius ſententias firmas et certas proferre, nec cogitauit de duritie puellae emollienda, ſed de ſua conſtantia. In El. 1, 18, 21. elegantiae iuſtus ſenſus tuebitur *teneras* vmbras, verum idem non patietur argutari nos ita, vt cogitemus de vmbris, quas frondes arborum adhuc tenerae faciunt, aut de vmbris tenuibus, quae profecto non placent amantibus, qui ſolitudinem petunt. Sunt molles vmbrae, ἁπαλαὶ, vt Virgilius Georg. 3, 464. molli ſuccedere vmbrae dixit, et Theocrit. (Id. 15, 113.) ἁπαλοὶ κᾶποι commemorantur, qui et ipſi Wartono ibi diſplicuerunt. Subtile iudicium in eligenda vera lectione e duabus, quae aeque commodae viderentur, quaerebat etiam *Bentleius* ad Hor. Serm. 2, 3, 188. quo loco optime praetulit: nil vltra *quaere*

plebeius *n*) (h. e. cum plebeius ſis); ſed idem ſaepe ad ſenſum prouocauit ſuum, vbi, quin res ex ſenſus ſubtilitate definienda ſit, nemo facile, credo, dubitabit. Sic in Hor. Ep. 1, 10, 37., vbi vulgabatur: ſed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte; adſcripſit: „Caeterum illud *victor violens* in mendo cubare facile ſentio.“ Tum emendat: Sed p. violens victo d. a. h. additque: „Hoc ſane rotundius aptiusque exire, quam quod vulgo circumfertur, niſi aut imperitus, aut liuidus, nemo, opinor, negauerit.“ Et tamen, vt, quod ſentiam, fatear, nec numeri verſus, nec loci ſententia aut elegantia, quidquam inde lucratur. Vulgatam ita intelligo, vt ſit: victor diſceſſit ita vt violens eſſet, cum violentia; vt in Propert. 1, 18, 11. Sic mihi te referas leuis h. e., vt leuis, benigna ſis. Verum ſentio et ipſe in loco Horatii deſiderari poſſe vocabulum quod vel inſolentiam et ſuperbiam, vel fremitum, huius inſolentiae teſtem, exprimat. Fuit etiam cum in locis conclamatis ab illo ipſo ſenſu veri venuſtique praeſidium vnicum expectarem. Sic in Tibull. El. 1, 7, 15. ſ.

Quantus et, aetherias contingens vertice nubes,
Frigidus intonſos Taurus arat Cilicas,

ſuſpicatus olim eram, *arat* accipi poſſe pro, arare patitur, iubet; cum ex Strabone, cuius locos Interpretes iam attulerunt, conſtet, partes Tauri aratas eſſe, et verba actiua a Graecis Latinisque poëtis exquiſitius adhibeantur de iubendo et permittendo. Sed nunc placet legere *habet*, vnde interpretamenta *alat*, *arat* in Codd. exorta ſint. Vexatiſſimus eſt Ciceronis locus (Or. p. Sext. c. 51. ſect. 110.) vbi Gellium quendam, aduerſarium ſuum, non fuiſſe popularem demonſtraturus, primum docet adoleſcentem bona ſolum conſumſiſſe, nihil in vtilitatem publicam impendiſſe, tum ſe Graecis philoſophiae

n) *Wilandus* Vir elegantiſſimi iudicii in Not. ad verſ. germ. Satyr. T. I. p. 96. contendit, perire hac emendatione exquiſitam ironiam. Sed mihi parum eleganter iſta ironia dicta regis interrumpere videtur. Sufficiunt ad deridendum regem, quae mox leguntur: Maxime regum etc.

phiae magiſtris dedidiſſe, et Graeculum videri voluiſſe (quod nec ipſum populare erat) verum adeo non profeciſſe, vt profunderet opes, et ad nouarum rerum ſtudia compelleretur. Ibi haec habent Codd. multi et edd. „Nihil ſane a te iuuabatur“ vt forte ſuppleretur *populus*, ad ſenſum ſatis bene, verum non accommodate ad omnem orationis ſeriem; neque enim Gellium nunc compellat. Lambinus, quod in libris quibusdam eſſe ait, exhibuit: Nihil ſane Attae iubebant; quod certatim probauerunt recentiores Edd. Monuerat tamen iam Iac. Gronouius, et, quantum intelligo, recte, ad Graeculum illum nomen Attae, hominis Romani et togatarum ſcriptoris, nihil facere. Debebat ſaltem accipi potius pro, ſenes illi magiſtri, quamquam ita *Atta* citra compellationem dici non conſtat. Coniecturae variae prolatae ſunt, quas vel ad linguae leges vel ad ſenſus rationem exigere nunc non vacat. Nuper *Ant. de Rooy* in Anim. Crit. ad Martial. p. 135. coniecit: Nihil ſane *at hae* iuuabant ſcil. litterae. Quis vnquam adeo hiulcam et aſperam conſecutionem verborum in loco Cic. ſano ſe reperiſſe meminerit? Scribendum: Nihil ſane iuuabatur. Omnia iſta, *a te*, *a re*, *Attae*, ſunt interpretamenta, quibus ſupplere ſcilicet locum librarii conabantur *o*). Iſtis quas expunxi, vocibus numerum orationis ipſum laedi, ſpero conceſſurum eſſe, cuius ſenſus non omnino ſint obtuſi. Non poſſum hic non commemorare elegantiſſimam emendationem, qua Eu. Waſſenberghius nuper (Diſſ. de nomin. hom. et loc. propr.) reſtituit alium Cic. locum (Ep. ad Att. 1, 4. extr.) vbi ſenſit inepte legi: omnium vicos et prata contemno. Repoſuit enim: ſupero Croeſum diuitiis atque Alcinoi lucos et prata contemno. Cui coniecturae ea adiecit argumenta, quibus nihil opponi poſſet, niſi forte hoc vnum, alludi a Cicerone ad rem, quae tum euenerit, et tangere eum hominem, qui multos agros coëmerit. Ita vero eius mens ab Attico parum intelligi potuerit. Sed plures emendationes ex ſenſu ſubtiliori

o) Nemo Criticorum ignorat, grauiores Codd. aberrationes in eodem loco non raro gloſſemata indicare.

tiliori vel defendendas vel repudiandas infra videbimus ſuo loco. Illud vero vel hic monendum eſſe credidi, fauere interdum ſenſum quendam elegantiae poſſe lectioni cuidam vanae, atque prouidendum eſſe, ne iſto ſenſu decipiamur. In pulcherrimo loco Platonis (Sympoſ. 32, 7.) qui ſic diſtinguendus eſt: Βίᾳ ὖν, ὥσπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων, ἐπισχόμενος τὰ ὦτα οἴχομαι φεύγων, ἵνα μὴ, αὐτϐ καθήμενος παρὰ τϐτῳ, καταγηράσω — pro βίᾳ reponi voluit *F. L. Abreſchius* (Lect. Ariſtaen. p. 147.) βύων, quod, vtpote longe exquiſitius, placere poterat. Oppoſuit nonnulla Cl. *Wolfius*, Sympoſii editor; optime *Valckenarius* (Anim. Crit. in loca quaedam N. T. p. 396.) obſeruauit, βύειν τὰ ὦτα recentiorum eſſe Sophiſtarum. Iliad. I. 555. quod vulgo legitur μή σε παρείπῃ videbatur ſe ſatis codicum auctoritate et exquiſita ratione tueri poſſe. Negauit tamen *Bentleius*, metri leges admittere, cum prima huius verbi ſyllaba apud Homerum producatur. Vnde παρέλθῃ ſcripſit. V. Burgeſſius praef. ad Daweſii Miſcell. Crit. p. 27. In Propert. El. III, 20 (21), 23. vulgatum eſt vſque ad Brukhuſium:

Inde vbi Piraei capient me littora portus.

Ex pauciſſimis codd. et maxime, quod dici recte *littora portus* non crederet, correxit Brukhuſius:

Inde vbi Piraei capient mea lintea portus;

adeo venuſte, vt mon miratus ſim, qui illud plurimis ſe probare potuerit. Senſit tamen Burmannus, bene dici littora portus, et alterum debetur emendatori, qui hic alteram nauem a poëta intelligi, neque tamen diſerte memorari, obſeruauerat. Nam antea vnius nauigationis mentionem fecerat, ſed verba, quae praecedunt, *Quod ſupereſt, ſufferte pedes* rel. non iubent nos de terreſtri itinere omni reliquo, ſed eo tantum, quod per Iſthmum faciendum ſit, cogitare. Itaque ita nos comparabimus, vt, vbi legibus vel metricis *p*) vel grammaticis, codicum auctoritate, argumentis ex hiſtoria vel rebus et diſciplinis repe-

p) Sic ex metro laborare προσελϐμενον nonnullis viſum, quod ex ſenſu probari poſſit Aeſch. Prom. 436. Cf. praeter Intpp. Nodell. Obſ. Crit. p. 57.

repetitis (v. c. notis numeralibus, nominibus propriis) vnice constituenda fuerit véra lectio, nolimus sensu nostro freti repugnare certioribus vel codicum vel eruditionis q) monumentis; contra vbi nihil obsuerit, iudicio subtiliore et sensu acriore definiamus omnia. Nam vel in illis, quae Codicum aut doctrinae ope stare et conuelli vnice posse videntur, saepe suam vindicabit sensus ille auctoritatem. In Virgil. Georg. IV, 211. *Medus Hydaspes* multum negotii fecit Interpretibus. Facile videbatur *Nodellio* Not. Crit. (cum Auiano editarum) p. 76. emendare:

Lydia, Parthorum aut populi, Medusue Choaspes.

Miror non maluisse Interpr. *Indus Hyd.* quod ex graeca ratione pro Indicus capiatur. Sed lector poëtae diligens sentiet, aliter nomina locorum et populorum a Geographo et Historico, aliter a poëta vsurpari. In Tibull. El. I, 10, 11. praeferrem: Tunc mihi vita foret, Valgi; si aliunde pateret, ad Valgium hanc elegiam fuisse scriptam. Sed quin in Liu. VII, 8. rectissime a b. *Reizio* emendatum sit: agmenque fugientium ab Signinis — pro signis, suus quemque lectorem sensus docebit. Ex suo sensu etiam nomen, quod numerum indicaret aut notam numeralem in Theophr. Char. c. 2. §. 1. mutari voluit *Friesemannus* Collect. Crit. p. 169. s. Pessime ipse scripsit: πλειόνων γὰρ ἢ τριακόσια (pro vulg. τριάκοντα) ἀνθρώπων καθημένων. Voluit τριακοσίων. Sed docere debebat, quomodo ter centum homines in porticu illa considere potuerint.

§. 2.

Quemadmodum vero sensus, quem dixi, acrioris et melioris haec est vis atque virtus, vt, si quis eo valeat, acutissime, quae lectio cuique loco conueniat, quae sit e pluribus eligenda, perspiciat et certissime doceat: ita, vbi vel verborum significatus orationisque nexus non vnam loci cuiusdam aut ferunt aut suadent interpretatio-

 nem,

q) Sic *Santenius* (Bibl. Crit. Amst. III. 73. ff.) negat recte per crines suos Mineruam iurare dici; clypeos memorari debuisse in Tibull. El. 1, 4, 26.

nem, vel interpretes aut e doctrinae copiis variam promunt explicationem, aut ingenio ſenſuque ſuo abuſi comminiſcuntur diuerſas verborum ſcriptoris ſententias, eadem iudicii recti, acuti, beneque ſubacti ſubtilitas definiet, quae vera ſit ſcriptoris mens atque ſententia. Neque enim, qui diligenter ſcripſit, niſi conſulto ambiguitatem fuerit ſectatus, credi poteſt quidquam ſcripſiſſe, quin, qui attente legat, et recte interpretetur, ſenſum vnum et verum facile et percipiat et declaret. In qua quidem re ſaepe adeo non proderit omnes linguarum opes, omnes ſcriptorum formulas, lumina orationis omnia et ornamenta noſſe, et promere, vt multo certior et breuior ſenſum diligente eorum, quae dicta ſunt dicunturque, contemplatione excitatum ſecuto ad auctoris mentem pateat via et aditus. Pindarus vbi (Ol. 2, 87. ff.) celebrauit victorias Theronis, quas vel ſolus vel cum fratre reportauerit, ita (v. 93. ff.) pergit: τὸ δὲ τυχεῖν, πειρώμενον ἀγωνίας, παραλύει δυσφρόνων, quorum verborum hic ſenſus eſt (quem elegantiſſimus germanicus interpres, Cl. *Gedikius*, non bene expreſſiſſe videtur): ſi quis certamen (in ludis) ſubit, et vincit, definit aegro eſſe animo. Reſpicit vero etiam hic, vt puto, poëta, ad res Theronis olim aduerſas, quarum memoriam deleri recentiore fortuna voluerat (v. 35. ff.). Sequitur obſcurior opulentiae virtutibus comitatae laus (v. 56. ff.)

Ὁ μὰν πλοῦτος, ἀρεταῖς
Δεδαιδαλμένος
Φέρει τῶν τε καὶ τῶν
Καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
Μέριμναν ἀγροτέραν κ. τ. λ.

Scholiaſtes vetus ſenſiſſe difficultatem videtur, ſententiam vtcunque declarans. Eum ſequitur paraphraſis in edit. Oxon. Recentior Schol. τῶν καὶ τῶν ad res ſecundas aduerſasque refert, vt plerique alii, inter quos plurimum a mente poëtae abit auctor Ven. verſionis Heynianae editioni ſubiectae („opulentia virtutibus ornata ſuſtinet aduerſa et ſecunda, vtut obueniunt, adhibito grauiore ſeuerioreque iudicio").

cio"). Neque omnino placet Cl. *Gedikii* ratio in Not. ad Pind. Carm. ſelecta, 1786. edita p. 176., vbi, non ſine dubitatione, reddit: „Opulentia occaſionem ſuppeditat perficiendis modo his modo illis conſiliis et adiuuat curam ex profundo quaſi ad altiora tendentem, gloriaeque inueſtigandae ſtudioſam." Oſtenderat poëta eum, qui certandi periculum feliciter faciat, triſtitia liberari, atque adeo Theronem quoque laetiſſimum eſſe poſſe (ſolet enim Pindarus vniuerſe multa dicere, quae ab interprete ſemper capienda ſunt ratione eius habita, quem celebrat aut tangit *r*)). Iam dicit opes virtute ornatas (quales Theronis erant) et opportunitatem horum et illorum *s*) *facinorum*, h. e. multorum praeclare factorum, praebere, et excitare ad ea (exhibent *t*) profundam, grauem, ſollicitudinem, curam, qua quis capere, exſequi, egregia facinora velit). Sequentia cum his ita nectuntur: Sed talis homo non modo praeclare facit (victorias obtinet), ſed etiam recte et ſancte viuit, veretur enim iudicium. Ita plerumque noſter cum fortitudine et opibus commendat probitatis ſtudium. Dum haec, quae diſputaui, ad ſenſum apte tractantur, nemo erit, qui non percipiat *v*). Plurimis eius generis locis refertum eſt carmen 1. Nemeon. Pindari, ex quibus duo inprimis memorabiles legi. Alter eſt v. 34. ff. Primum reuocanda eſt antiqua lectio ἐσλὸς, quam Ariſtarchi praua correctio et interpretatio eiecit; neque opus eſt Pauonis fulcro ad metrum tuendum *x*). Tum ſententia, quae vniuerſe enunciata eſt, pertinet proprie ad Chromium. Senſus hic eſt: Chromii domus ſaepe hoſpites excipit. Sic vir bonus

r) Quae obſeruatio plurimorum locorum ſenſum vnice iuuat, vt eorum quae extr. Olymp. 1. leguntur.

s) Sic Nem. 1, 43. τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες omnium omnino; Pyth. 7, 23. τὰ καὶ τὰ hae illaeue fortunae rationes.

t) Heſych. ὕπεχε· πάρεχε. Cf. idem in Υφεξω et Intpp. ad Υπεχει.

v) Rectiſſime Cl. *Heeren* (Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt III. p. 176.) monuit, meras verborum, aut rerum, aut elegantiarum explicationes ad Pindarum totum, quantus eſt, capiendum non ſufficere.

x) Nam breuis ſyllaba ante aſperum ſpiritum producitur. V. Cl. Burgeſſ. ad Daweſii Miſcell. p. 461. ſ. 455. et quas ipſe laudat Brunckii animaduerſiones.

nus obtrectationibus beneficia opponit, velut aquam fumo, ad exſtinguendam omnem inuidiam. Si ita oratio ſtruatur: Λέλογχε ἐσλῶς (ἐσθλοῦς) ἀντίον φέρειν μεμφομένοις (ὡς) ὕδωρ κάπνῳ, oratio quidem concinnior videri poſſit, verum vnde ἐσθλοὶ commemorentur, cum ἀλλόδαποι ſimpliciter antea nominentur, non ſatis patet. Et ſequentia (ἑτέρων ἕτεραι τέχναι) docent, de virtutibus Chromii ſermonem eſſe, quibus obtrectatores opprimat. Alter locus eſt v. 48. ſ., vbi Herculis commemoratio varia peperit veterum et recentiorum interpretum commenta, quae recenſere nihil attinet. Primum praecedentibus verbis male ſtatuerunt nonnulli ineſſe cohortationem Chromii ad liberalitatem; immo beneficientia, qua vtebatur, laudatur. Deinde πολύπονοι ἄνδρες non ſunt miſeri, verum laborioſi, ii qui et opibus et manibus *y*) et conſiliis (τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες v. 43.) vtuntur in aliorum ſalutem. Iam ſententiarum nexus et vis haec eſt: Nolo diuitias occultatas domi poſſidere, ſed, amicis opitulando ex iis quae adſunt, et ſuavem mihi parare vitam et bonam famam. Nam omnes, qui multa praeſtant (opibus virtutibusque ſuis vſi), ſperare illa (vitam ſuauem, famam bonam; non enim ad τὸ πλουτεῖν, ſed ad τὸ εὖ παθεῖν καὶ (εὖ) ἀκοῦσαι pertinet), poſſunt, ſperare talia poſſunt praemia *z*), qualia Herculi (vt eius exemplo vtar) obtigerunt, qui multis facinoribus praeclare meritus (v. 95. nam inſerta a poëta ſunt quae praecedunt ad narrationem exornandam) fruitur ſuauiſſima et maxime honorata vita. Nihil ad meum quidem ſenſum amplius deſideratur. Poterant non diſſimilia proferri ex Tragicis *a*) vel aliis ſcri-

y) Pind. Iſthm. 3, 27. πλούτου διέστιχον τετραορίᾶν πόνοις.

z) Omnis orationis nexus tollitur lineola inter ἀνδρῶν et εγω in edit. Berol. interiecta, nouae ſententiae indice.

a) In Aeſchyli Agam. (cuius fabulae obſcuritatem feliciter minuit et tantum non ſuſtulit *Schützii* ingenium) legitur v. 648. Εὔφημον ἦμαρ οὐ πρέπει κακαγγέλῳ γλώσσῃ μιαίνειν· χωρὶς ἡ τιμὴ θεοῦ. Simpliciſſimum eſt: χωρὶς γλώσσης κακαγγέλου ἔσω ἡ τιμὴ (i. e. hodiernus cultus), pro γλώσσα κακ. χωρὶς τῆς τιμῆς ἔσω. Commenta Victorii et Abreſchii, in quae quomodo incidere potuerint, ſi ſenſum iuſtum ſecuti fuerint non intelligo, videri poſſunt in Schützii Comm.

ſcriptoribus *b*) graecis et latinis *c*) exempla, quae, quanta ſit illius, quem quaerimus, ſenſus vis ad inueniendam veram loci ſententiam, doceant,

b) In Theophr. Char. 23, 2. ἀλάζων dicit ὡς πάρεστι γράμματα παρ' Ἀντιπάτρε, τρίτον δὴ λέγοντα παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν, quae vel ſic intelliguntur: ipſum cum duobus aliis veniſſe — (ſed cur duo comites memorentur?) vel ſic: tertia vice ipſum rediiſſe (nam conſtat Antipatrum plures expeditiones extra Macedoniam ſuſcepiſſe); alii maluerunt τριταῖον ſcribi, iam tertio die adeſſe. Sed cur non, quod multo aptius eſt, teneamus? Gloriator dicit ſibi miſſas eſſe litteras, quae iam tertium iuberent ipſum venire (vna littera mutata παραγίνεσθαι ſcribo) in Macedoniam. Sic ingenium hominis etiam certius apparet.

c) In elegantiſſimo initio Propert. 3, 1. Sacra Coi Philetae, ſunt manes eius, qui ſacri erant, nec opus eſt aut emendatione (nam Cl. Waſſenberg. legebat: Coûm fama, Phileta) aut variis explicationibus, quae apud interpretes memorantur. Sed in verbis *finite me in veſtrum nemus* ire, nimium argutati eſſe videntur, qui vnice cogitarunt nemora ſepulcris addita, neque vim poëticae imaginis eos ſenſiſſe puto. Amant poëtae nemora et lucos. Itaque manes quoque eos incolere egregie Propertius fingit. Ipſe vero ingreditur, h. e. ingredi conatur, hoc nemus (non ingredior hic pro *aggredior* capi, multo minus in illud mutari debet) primus (omnium Romanorum) et quidem velut ſacerdos, vt de puro, h. e. intacto aliis poëtis, non contaminato (ad extremum *puro* non eſt niſi *veſtro*, ſed illud exquiſitius, neque licet haec cum verbis *ingredior ſacerdos* coniungere, vt ponatur pro, purgatus, bene lotus) fonte ferat (ex Graeciſmo τὸ *ferre* ita accipiatur), deducat, Graeca orgia (ſacra, loquitur enim velut ſacerdos, h. e. poëſin elegiacam Graecam) per Italos (latinos) choros (carmina latina); h. e. primus ad veſtrum exemplum Latinam componere conor elegiam. (Compoſuerant enim alii quoque elegiaca carmina, ſed non ad exemplar Philetae et Callimachi.) Neque video quomodo hoc poëtae dictum aut reprehenſione vanitatis apud *Vulpium* notetur aut defenſione ſimilium exemplorum apud *Burmannum* egeat. Nam in his ſimpliciter ita et ſine imaginibus poëticis enunciatis: O manes Callimachi atque Philetae, ad quorum exempla primus elegos componere audeo, dicite etc. quid tandem inepti ineſt, quae vel ſuſpicio inanis gloriationis? ego certe nullam ſentio. Iam a manibus illorum poëtarum indicari ſibi vult, quomodo ad inſignem illam peruenerint poëticam facultatem. Carmen tenuare non eſt, illud tenue efficere, ſed componere carmen tenue, nec alluditur ad tenue dicendi genus, quo vſi inprimis ſint Callimachus atque Philetas; verum tenue carmen eſt elegia ſimpliciter, ratione carminis epici habita. Tum poëta hoc dicit: quodnam antrum fuit, in quo elegiam compoſuiſtis, (etenim in antris omnino poëtae inſpirari credebantur, nec Delphicum, Caſtalium aut ſimile nominatim intelligitur), quomodo illud ingreſſi eſtis, qua ratione aluiſtis poëticum ſpiritum, i. e. quo modo carmina elegiaca compoſuiſtis (vt nempe imitari vos

ceant, ſed nolui ea futurae praeripere diſputationi. Et vel vnam mihi legat quis Horatii Odam, aut Epiſtolam ad Piſones, conſultis, qui in haec carmina commentati ſunt Viris doctis, videatque quantum et in vniuerſo carmine et in ſingulis locis ſuo ipſe ſenſu recto et iudicio ſubtili efficere poſſit. Eodem erit ſenſus ſubtilioris adiumento vtendum, vbi *epithetorum*, quibus poëtae inprimis vſi ſunt, vis eſt explicanda, cuius generis vnum nunc legi exemplum vocabuli ὑγρόν.

Ὑγρὸν enim non quoduis humidum proprie ſignificaſſe videtur, ſed quod humore aliquantum intumuiſſet, ita, vt ſi quis leuiter tangeret, ſentiret molliter illud cedere *d*). Vnde ὑγρὰ κέλευθα Homerus (Od. 3, 71. etc. θάλασσαν Apollonius et Heſychius interpretantur) et ſimpliciter ὑγρὴν (Od. 4, 709. etc.) mare dixit, vbi de mari placido et leni intelligi vult; idem ὕδωρ (Od. 4, 458.) ἔλαιον (ib. 6, 79. Il. ψ', 281. cf. Schol.) γάλα (Iliad. 5, 903.) ὑγρὸν appellauit, idemque μένος ἀνέμων ὑγρὸν ἀέντων (quod μαλακῶς πνεόντων non omnino recte reddit Heſ.) commemorauit (Od. τ', 440.) Quem quidem loquendi eius vſum etiam poſteriores imitati ſunt ſcriptores. Ὑγρὰν ſimpliciter de mari dixit Ariſtoph. Veſp. 676. (cf. Spanhem. ad Call. in Iou. 22.) ὑγρὸν πέλαγος Pindar. Pyth. 4, 70. ὑγρὸν πόμα βότρυος vinum Euripides Bacch. 279. ὑγρὸν ἄλειφαρ Theocr. 18, 45. et ὑγρὸν ἔλαιον idem dicit 15, 117. quem locum male tentatum iam de-

vos poſſim). Vt in verbis *quo pede* ridiculum in modum argutatus eſt Brukhuſius, (argutius etiam elegiacum pedem ab heroico diuerſum cogitare poſſim) ita aeque male Lipſienſis editor cenſuit *aquam* hic ad Hippocrenen reſpicere. Propert. ipſe El. 3 (2) v. vlt. Talia Calliope, lymphiſque a fonte petitis Ora Philetea noſtra rigauit *aqua*. Nam multis in locis Caſtalii fontis aqua poëtas inebriatos dici, certum eſt, verum id ſenſus hoc loco non admittit. Sed vereor ne vel haec nimis copioſe diſputata videantur.

d) Deſcendit haud dubie a ſtirpe ὕγω, quam Lat. *ſugo* ſeruauit, vt ὑγερὸν, ὑγρὸν ſit, quod ſugendo humidum aut tumidum factum fuerit. Cf. Cl. Scheidius ad Lennepii Lex. etymol. graec. T. II. p. 1019. ſ. Hinc ſucus, ſuccus; Drakenborch. ad Sil. Ital. 7, 169. Intpp. Virg. Ecl. 3, 3. Latini per *liquidum* potius quam per humidum reddiderunt. Sic liquidae aquae Tib. 1, 5, 12. liquidus aër ap. eund. 4, 1, 205. ſunt ex ὑγρὸν ὕδωρ, ὑγρὸς ἀήρ; et ὑγρὰ κέλευθα Propert. 3, 21, 14. expreſſit per, liquidum iter, quod de aëre potius dixit Virg. Aen. 5, 217.

defendit Valckenarius. Deinde omnino, quidquid aquosum, humidumue esset, ὑγρὸν dictum est, vnde ὑγρὰ κύματα saepius occurrunt, vt in Eurip. Fragm. Polyidi: Ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις ἡρμήνευσεν ἂν τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασιν τεθνηκέναι (quo loco offendit me repetitio vocabuli κύματα, inprimis cum praecesserit κυματόφθορον siue vt *Ruhnk.* ap. Valck. Diatr. p. 202. rectissime emendat κυματότροφον, neque satis commode dicatur ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἵπτατο ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις, dubito tamen vtrum poëtae an librariis hoc tribuam). Euripides etiam (Hel. 1225. *e*)) ὑγρὰ κλυδώνια ἁλὸς dixit. In quibus omnis notio laeuioris, tumidioris et mollioris superficiei omittitur, manetque vna *liquidi* significatio. Fluuii etiam ὑγροὶ dicti sunt (Call. h. in Iou. 22.). Denique quaecunque humorem continerent, aut liquore vllo consperfa essent, ὑγρὰ appellarunt, vt ὑγρὸς ἀγκὼν Soph. Ant. 1236. et plurima similia. Verum, vt id persequar, cuius caussa haec omnia praemisi, ex prima, quam dixi, notione fluxerunt tropicae quaedam significationes vocabuli, in quibus regnaret notio mollioris tumoris, sensu potissimum percipiendae, multis interpretibus parum perceptae. Sic Pindarus elegantissimo loco, quo Musices vim celebrauit, aquilam etiam Iouis sceptro insidentem (quam nolim ex antiquo monumento repeti) dicit cantus citharae vi oppressam obdormiscere: ὁ δὲ κνώσσων ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ (Pyth. 1, 17.). Quam varie ὑγρὸν νῶτον intellectum sit, credi vix potest. Nonnulla interpretamenta difficilius ipsis poëtae verbis intelligo. Schol. vett. vel εἰς ὕπνον φερόμενος ὑπὸ σοῦ, ὦ κιθάρα, αἰωρεῖται τὸν νῶτον ἐπὶ θάτερα ῥέπων, vel τὸν εὐδιάχυτον ὑπὸ τῆς ἡδονῆς; auctor paraphraseos in ed. Oxon. diffusu facile et flexibile dorsum, Schmidius delectatione perfusum, Dammius somno rigatum, Koppius molle et inflexum; Pauwius ad motum membrorum dormientis simpliciter respici putat. Gedikius imaginem nutantis aquilae exprimi censet,

vt

e) Lenissima, quam ei loco attulisse dicitur Tyrwhittus, medela tollit tamen versus numeros: Οἰκτρότατ' ἐν ὑγροῖσι κλυδωνίοις ἁλός. Itaque aut vulgatam retineam, aut praeferam Scaligeri emendationem.

vt fluctuans mare dicatur ὑγρὸν *f*). Intelligitur vero potius dorſum, quod pennis paullulum elatis intumuerit, tactu tum admodum molle, vt ſolet eſſe in auiculis dormientibus. Proprie pennis plumisque erat hoc tribuendum, poëta ad ipſum dorſum refert. Sed imaginis omnes partes ſic exornatas et elaboratas eſſe quis non videt? et naturam ipſam ſic exprimi quis non ſentit? Aquila dormiens tollit ſubinde intumeſcens dorſum *g*). Attulit Cl. *Gedikius* ipſe ad eum locum ὑγρὰ ὄμματα, quae ubi apud Anacreontem (Carm. 28, 21.) leguntur, alii *lubricos* ocellos (vt Degenius) alii *molliter adſpicientes* (liebreizend und ſchmachtend, Winkelmann. in adnotatt. ad Hiſtoriam artium, vernaculo ſermone ſcriptis p. 53. cf. Verſio ital. Mediolanenſis Hiſtoriae Art. T. I. p. 239. et Wilandi verſio Luciani T. III. p. 285.), alii mobiles (vt Lamb. Boſ. Animadu. ad ſcript. Graec. p. 46. ſ.) atque adeo *petulantes* (vt Gedikius; ea vero puella ἑλικῶπις potius fuerit); Horatium per *putres oculos* expreſſiſſe (Od. 1, 36, 17.) omnibus notum, ſed eo vocabulo ſignificatio non explicatur. Scilicet intelliguntur proprie oculi aliquantum tumentes, hincque molliores, quales ſunt lacrimis aut humore ſuffuſi. Ii vero amoris deſiderium exprimere et ad eum inuitare ſentiuntur, ſed a laſciuia, petulantia, mobilitate oculorum longe abſunt. Cum talia ad ſenſum reuocanda ſunt, quae vno verbo vix dici poſſunt, melius eſt vocabulo, quod idem dicat, quanquam non ſatis claro, quam alio ineptiori reddere, vnde laudo Wilandum V. Cl. qui Graecum prorſus ei reſpondente vernaculo ſaepius expreſſit. Non ſatis apte Virgilius Theocriti ὑγρὸν ἄκανθον (in pulcherrima deſcriptione poculi non vnice ad artis ſculptoriae leges examinanda, Idyll. 1, 55.) reddidit (Ecl. 3, 45.

vbi

f) In verſione germ. reddit: ſchlummernd hebt er den *wiegenden* Rücken empor. Quae de ὑγρὸς in notis diſputat, facile ad ea, quae paullo ante dicta ſunt, examinabuntur.

g) *Schlummernd hebt er den ſchwellenden Rücken.* Quam diuerſus eſſe poſſit ſenſus, iudicia de lectione ſqq. verborum docent. Nam Oxonienſes vnice praeferunt lectionem ed. Ald. et Codd. καταγχόμενος, Heynius librariorum errori tribuit. Nolo decernere; illud tamen ſentio, ῥιπαῖς κατασχόμενος hic non ſatis bene dici, ſed καταγχόμενος exquiſitius eſſe, quam vt placere poſſit.

vbi cf. Heyn. bene aduerſus Burmannum diſputantem) *mollem acanthum*, quamquam et alibi hoc epitheto flores et plantas ornauit. Neque enim hoc niſi partem imaginis, quae in Graeco eſt, exprimit, vt et Germanicum nomen, quo nuper elegantiſſimus Theocr. interpres, Comes Finkenſteinius, vſus eſt *h*). Recte animaduerterunt alii interpretes, ineſſe etiam hoc, quod flectitur facile et amplectitur omnia, vt ſcilicet ſurgentes herbae plures, quae ſucco leniter turgent; qualis et h. l. acanthus intelligitur. De corpore etiam dicebatur, quod paullo tumidius eſſet neque ſatis ſolidum. Sic quos Xenoph. de rep. Laced. 5, 8. appellat πεφυσημένυς, iis σῶμα ὑγρότερον tribuit Aelianus V. H. 14, 7., vbi male redditur: mollius. Cf. Foëſii Oeconomia Hippocr. h. v. Verum non licet omnes huius vocabuli translationes ita perſequi *i*), vt, quomodo ſenſus ipſe rectus eas melius intelligi iuſſerit, oſtendam.

§. 3.

Iam frequentiſſime in eo animaduertere licet doctos erraſſe interpretes, qui copioſis commentariis illuſtratos ediderunt optimos vtriusque linguae auctores, vt, vbi verbum formulamue, praeſertim exquiſitiorem et rariorem, noſſent vario adhiberi ſignificatu, ex ſcriptoribus omnibus promiſcue expromerent exempla, neque vna ſignificatione dici in eo, quem tractant, loco vellent, aut, quod exquiſitiora Grammaticorum praecepta de figuris orationis variis memoria tenerent, iis vbique locum crederent eſſe, aut, quod verba quaedam particulasue meminiſſent interdum ſingulari gaudere vi, eam omnibus locis obtruderent cum magno ſenſus veri damno *k*), aut,

h) Mit *weichem* Acanthus.

i) Cf. Valckenar. ap. Koppiers. Obſſ. philol. p. 144. et Morus V. S. V. in Diſſ. de diſcr. ſenſ. et ſignif. Diſſ. theol. et phil. p. 84.

k) Sic, qui argutari vellet, dicere poterat, Daphnin ap. Theocr. 1, 105. bene ad Venerem dixiſſe: ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν, repe ad Anchiſem, h. e. clam ad eum abi, quod pudere eam debuerit huius amoris. Atqui ἕρπειν eſt ſimpliciter ire. — Carituri etiam ſimus multis nouis explicationibus, docte defenſis, ſi auctores ſenſum incorruptum aut habuerint aut conſuluerint.

aut, quod vidissent interdum respicere certa quaedam dicta ad mythos, euenta, sententias et res antiquiorum temporum et scriptorum, eodem spectare omnes scriptorum locos, in quibus vel leuissima eius rei essent indicia, multa doctrinae ostentatione contenderent, atque ita sensum locorum facilem peruerterent, interpretationem aut dubiam redderent aut vanam. Vt igitur illis nimiae doctrinae, siue potius lectionis, vsus, ita nocuit, vt sensus recti et pulcri vim obtunderet et elideret: ita iudicio subtiliori adhibito cauebimus, ne vlla docta scilicet et arguta interpretatione fallamur, quae quo probabilius disputando commendatur, quoque locus ipse difficilior est, eo magis erit vitanda *l*). Nunc enim effectum est, vt carmen poëtae,

l) Fuerunt enim non modo inter vett. Grammaticos, sed et recentiores, qui non nisi recondita, et vel διλογίας, duplicem sensum, sectarentur. Quam multis commentis obscurata sit Ecloga IV. Virgilii ex scriptis, quae *Harlesius* V. Ill. Introd. in Not. Script. Lat. recenset T. II. p. 324. cognosci potest. Add. eiusd. Breu. not. scr. Lat. p. 251. et notas ad Fabric. B. Gr. T. I. p. 243. Simplicissimum erat, de carmine natalitio cogitare in natales M. Marcelli composito, cuius imagines plerasque poëta e figmentis aureae aetatis et oraculorum imitatione petierit. In Catull. Epith. Pel. et Thet. v. 22., qui nossent terras dici *matres*, ibi quoque voluerunt Thessaliam bonam matrem appellari. Sensus vero Thetin intelligi iubet. v. *Mitscherlich.* V. Cl. Lect. in Catull. et Prop. p. 18. s. et *G. D. Koelerus* V. Cl. in notis vernaculis ad illud carmen. Ibid. v. 28. *Neptunine* contra omnem sensum Turnebus Aduers. XXIV, 5. deriuauit a Neptuninus, quod ita appellari *possit*, qui e neptibus Neptuni vxorem petat. In Ouid. Consol. ad Liu. Aug. v. 304. nescio cur *magnus Iupiter* intelligatur Augustus, qui v. 380. ita dicitur (si modo ibi lectio est sana); hoc certe loco frigent omnia, si dicatur vxor Drusi ipsi visa non inferior Liuia. Multo minus sensus rectus permittit, *Iouem paruum* Propert. El. 3, 1, 27. accipi cum Burmanno ad Ouid. Met. 14. 585. de Aenea, quamuis eius doctrinae concedam, illum ita appellari potuisse. Magnus anacoluthorum et ellipsium in Thucydide patronus, *Abreschius*, in Thuc. 1, 37. multa supplebat in verbis οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι κ. τ. λ., vbi omnia simplicissime procedunt sic: οὔτε βουλόμενοι, παρακαλοῦντες (socium aliquem aut testem arcessentes) αἰσχύνεσθαι — — ἡ πόλις παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλάπτουσι γίγνεσθαι μᾶλλον ἢ κατὰ συνθήκας. Miror in postremis verbis dilogiam quaesiuisse Cl. Bauerum. Vellem aliquem Thucydidis interpretationem ad sensum rectum instituere. Multo plures, quae in scriptis nonnullis antiquis reperissent exquisite (interdum perperam) scripta, venustissima esse contenderunt, quod docte

tae, aut lon^g^ior scriptoris locus, aliter intelligeretur, ac scriptor intelligi voluit, nunc vera dicti cuiusdam sententia, pulcritudo natiua, vis certa, interpretationis doctae peruersitate omnis est vel deleta vel imminuta. Quod quidem Latinorum auctorum scriptis saepius euenisse reperimus, quam Graecorum, et in his, poëtarum carminibus magis, quam reliquis operibus, quanquam et in aliis nonnullis, vt in libris Historiarum *Thucydidis* illam, quam dixi, interpretum doctam argutationem plurimum obfuisse intelligentiae scriptorum dolemus. Neque vero vereor, ne, qui exquisitas illas explicandi rationes, ex reconditis verborum formularumue significationibus, antiquitatum recessibus abstrusis, mythologiae et historiae et philosophiae veteris remotissimis campis, artis antiquae vberrimis thesauris, elegantiarum et facetiarum locupletissimis promtuariis, deriuatas, peruertisse saepe facilem et iustum locorum sensum, genuinam neque fucatam pulcritudinem, contenderim, aut imperitus ignorare, quibus scientiae rerum et lectionis opibus instructus esse debeat scriptorum veterum interpres, aut inuidus spernere existimer doctrinae omnis copias, quas eruditissimorum hominum, Batauorum maxime, Commentarii in optimos libros exposuerunt. Nam vidi non paucos scriptorum interpretes et editores iam dudum conquestos esse de interpretatione docta magis, quam vera, et ad sensum subtilem iudiciumque incorruptum reuocari multa iussisse *m*). Neque metuendum

docte ea illustrare poterant. Contra reprehenderunt, quae praeceptis suis grammaticis parum conuenire crederent. Tale quid excidit adeo G. E. Lessingio, qui (Collectaneen zur Litteratur, herausgegeben von Eschenburg T. I. art. Constructio) reprehendit elegantem verborum Tibulli (Eleg. 2, 2, 13. f.) compositionem, notatus propterea ab Eberto in Not. ad Collect. illa p. 606. f. Scilicet alia est verborum et sententiarum collocatio logica, alia poëtica, cuius rei neglectio effecit, vt etiam Propert. El. 4, 1, 11. ff. distichorum ordo in codd. quibusdam mutaretur. Sed nolo nunc quidem plura disputare, inprimis de iis locis, vbi copiosa grammatica adnotatio elocutionis poëticae oratoriaeue vim vel non complexa est vel ipsa imminuit, vel deprauauit.

m) Vid. v. c. Iani Exc. 2. ad l. 1. Od. Horat. T. I. p. 254. Heynius V. S. ad Argum. Ecl. II. Virgil., vt alios omittam.

dum est, ne cuiusuis hominis sensui et iudicio id tribuam, vt veram loci sententiam et vim vbiuis percipiat, sed rerum et linguarum cognitione multa nutritum, lectione scriptorum iusta subactum, studio optimorum interpretum conformatum, exercitatione assidua confirmatum quaero iudicium, quod cum multis aestheticarum animaduersionum auctoribus defuerit, non raro in errores delapsi sunt, etiam magis ridiculos, quam quos grammatici nonnulli commiserunt interpretes. Cuius quidem rei omnis rationem secunda commentatio nostra declarabit. Neque vero alia re, quam isto siue studio siue more, nondum omnino eiecto, quamquam profligato, omne commentandi in scriptores veteres consilium ad doctam animadversionem et copiosam formularum illustrationem referendi effectum esse credo, vt et quaereretur interdum plus difficultatis in loco quodam et dicto, quam naturalis ille rectusque inuenisset sensus, et non raro, si nihil in verbis formularumue structura esset, quod animaduersione dignum haberetur, contra plura ad sensum grauiora atque difficiliora inessent, nihil illustrationis et ne admonitionis quidem adferretur. Tum vero saepius miratus sum incredibilem commentatorum diligentiam, qui sententias et dicta, congestis vndique aliorum scriptorum exemplis, non confirmarent et illustrarent, sed obruerent et obscurarent, multumque impenderent operae iis declarandis demonstrandisue, quae sensus lectoris rectus, paucis interpretum monitis adiutus, multo citius et melius percepturus fuisset *n*). Nam etsi vehementer suspicio, saepe etiam stupeo istam adnotandi et in aduersariorum spissa volumina referendi sedulitatem, expromendi liberalitatem, neque nego, interdum ei rectam loci intelligentiam deberi, interdum

n) Monstrosum illud *excalitabat* Propert. El. 4, 1, 24. non dignum erat adeo copiosa refutatione. Fac; verbum hoc legi in bono scriptore; tamen ipse sensus ostendit, hic non nisi de *sacrificio* sermonem esse posse. Laudo, quod multis exemplis adstructum vidi, repeti eadem verba cum vi quadam (v. c. Mitscherlich. Lect. in Catull. p. 19.) verum nonne subtilis sensus est, percipere, vbi ista vis repetitionis habeat locum? Temere congesta loca et exempla obscurare potius, quam illustrare, perite obseruavit idem V. D. Mitscherlich. l. l. p. 94.

dum similium locorum collatione exemplorumque vi ea etiam, quae clara et perspicua visa fuerint, aliquanto plus lucis accipere, facere etiam posse plurium locorum, non dissimilium, vnam contemplationem ad delectationis varietatem, neque ieiunos esse iubeo et steriles, qui conscribuntur, commentarios: tamen primum intelligitur, non raro parum aut nihil ad meliorem eius, quem legimus, loci intelligentiam conferre istam adnotationis copiam, et plerumque ostendi, verbo sententiaeue eam tribui recte posse vim, quam inesse dixeris, non item, tribui vnice debere, certo quodam loco *o*); deinde obseruaui saepius, inprimis in eorum auctorum scriptis, quae ad sensum et ingenium magis, quam ad mentem et memoriam faciunt, multo breuius citiusque potuisse eos, qui scriptorem cognoscunt, ab interprete perito, qui sensu veri rectique et pulcri omnibus communi ad eum locum, quem explicat, accommodate vti sciuerit, ad percipiendam vim et pulcritudinem loci perduci, quo per ambages multae verborum et sententiarum illustrationis sero peruenissent. Sed quis non sibi persuadeat, illam viae breuitatem, nisi alia fuerint obiecta nobis impedimenta, esse praeferendam? Verum facile sensi et ipse, quod partim monuit summus horum praeceptorum arbiter et auctor *p*), nihil difficilius esse, quam cum grammatica interpretatione, qua nunquam carere possumus, quaeque sine verborum iusta explicatione ne cogitari quidem potest, coniungere, recte et pruden-

ter

o) Dudum iam explosa est eorum commentatorum ratio, qui aut scriptorum vett. loca simpliciter indicata adponant, ita, vt, cur commemorata sint, non videas, aut iubeant nos adire alios Viros doctos, ne causa quidem exposita, aut multos nominent, in re inprimis et sententia vulgari, vbi vel vnum laudasse superfluum fuerit.

p) „Cum porro multo rerum vsu didicissem, nihil difficilius esse in scriptoribus classicis, inprimis poëtis, interpretandis, quam cum *sensu grammatico coniunctum retinere sensum poëticum*, et, dum sermonis proprietatem, orationis retexendae et ad logicum ordinem reuocandae artem, multoque magis, dum criticam subtilitatem sequeris, videre, quid ex poëticae orationis genio poeta dixerit, quidque phantasmatis poëtici ratio obiicere eius animo debuerit“ *Heynius* praef. ad ed. 2. Virgilii p. XV.

ter, artis excitandi adhibendique ſubtilioris ſenſus vſum. Iam ſi quis fuerit, qui metuat, ne, dum ſenſus iudiciique illius, quod dixi, eſſe maiorem ſaepe rationem habendam in explicatione veterum auctoram recte inſtituenda, quam omnis, quanta eſt, grammaticae eruditionis contendimus, ipſa ſeuerae interpretationis grauitas, in tanta noſtrorum temporum mollitie et auerſatione eorum, quae a ſenſibus longius abſunt, tandem omnino ſpernatur derideaturque: is, vbi contineri hanc interpretandi ſeueritatem eo tantum cenſeat, quod omnes Grammaticorum et Scholiaſtarum veterum conquirantur obſeruationes, omnes ſignificatus verborum, non praetermiſſa etymologia, adferantur, exemplorum ex omnibus indicibus Lexicisque inſignis congeratur vis, dicat mihi, vnde petenda ſit eorum locorum intelligentia et explicatio, quorum ſenſus non pendeat ſolus a verborum ſingulorum cognitione? Nam, vt nunc quidem omittam poëtarum omnem carminum compoſitionem, epiſodia, plurimas imagines, phantaſmata, comparationes, aliaque orationis ornamenta, quae, cui poëticus ſenſus defuerit, Grammaticus nunquam recte explicabit *q*), occurrunt variorum ſcriptorum loca, quorum vel ſententia omnino non intelligi, vel ars non explicari, vel venuſtas percipi non poſſit, niſi, a quo, ad quos, quo tempore, qua hominum et rerum conditione atque varietate, quo animi affectu, quo ore et vultu, quo corporis motu, quo reſpectu, dicta, pronunciata, ſcripta fuerint, probe ſcias aut coniicere probabiliter poſſis *r*).

Quae

q) Scholiaſtas veteres ſaepe, quo pulcrior erat poëtae imago et dictio, eo magis ab eius vi aberraſſe didici, et ne illos quidem, qui in Apollonium Rhodium ſcripſerunt, eximere hoc numero poſſum. Sed vel Alexandrinos Grammaticos doctrina multum, ſenſu minime, valuiſſe cenſeo. De recentioribus dicere religio eſt. Illud tamen patet, multis modis noſtrorum interpretum rationem praeſtare antiquis Grammaticis, vt vel grammatica et critica linguarum vett. ſcientia ſubtiliori eos nobis cedere, Valckenarius et Lennepius nuper docuerunt.

r) Ea omnia noſtri complectuntur vocabulo *Situation*, quaſi ſitum et ſtatum rerum dixeris (Sulzer Theorie III. p. 125. Engel Anfangsgr. der Dichtungsarten I. p. 295. — Der Ausleger muſs ſich ganz in die Situation, die der Schriftſteller andeutet, zu verſetzen wiſſen.)

Cuius

Quae ſcientia ſiue coniectura, quo modo ex omnibus verborum copiis Grammaticorumque theſauris potius ducatur, quam ex recto ſenſu iudicioque acriori, quo in illa ipſa loca, et quae iis adnexa ſunt, inquiratur, velim quiſque ſecum ipſe reputet. Nam quod nunc tempus fabulae actae, orationis habitae, locique propoſiti, e doctis antiquitatis monumentis cognoſcitur, nunc ſingularis dicti cuiusdam vis ex Grammaticorum copiis eruitur, id non omnem rem, quam quaero, conficere patet. Sed contrahenda eſt haec omnis diſputatio et multa ſeruanda ſunt ſequenti Commentationi. Quo copioſius vero docere conatus ſum, eſſe vel ad criſin vel ad interpretationem ſcriptorum veterum adhibendam ſenſus recti ſubtilitatem, eo

D 2 bre-

Cuius quidem diligentis obſeruationis temporum, rerum et hominum conditionis maxima neceſſitas eſt 1) in carminibus dramaticis, epicorum etiam locis, Idylſiis amoebaeis aliisque, omnibus iis vel ſcriptis vel locis, quibus aut agentes quid aut narrantes ſiſtuntur. In Theocr. I, 85. ſſ. non facile futurus erat, qui verba iſta Nymphae, neque Priapo, tribueret, ſi ad omnem huius ſermonis naturam diligenter omnes attendiſſent. In Ariſtophanis fabulis comicae vis perceptio non vnice ab hiſtoriae iſtorum temporum cognitione, ſed ab obſeruatione rationis dictorum, motuum, quin et perſonarum, pendet, cuius generis nonnulla declarauit Brunkius V. C., quaedam ipſe in Auibus explanare ita ſtudui; idem effecit nuper in tribus prioribus Terentii Comoediis, quas germanice vertit et illuſtrauit notis, Cl. *B. F. Schmiederus*, cf. eius praef. ad Andr. p. 17. ſ. et not. ad Heaut. 2, 1, 16. Ex Plauto quaedam eius generis notauit *Leſſingius* Collect. zur Litteratur T. II. p. 286. Multa etiam, quae principibus Tragicorum gr. ſunt vitio data, defendet eadem rerum et hominum conditionis obſeruatio, vt in Sophoclis Oedipo Tyranno Euripidisque Medea, quas duobus libellis nuper optime illuſtrauit *Blümnerus* noſter, V. D. Eadem arte etiam varia iudicia Leſſingii, Herderi, Koeppenii, Iacobſii (Bibl. der alten Litt. und Kunſt P. V. p. 10. ſſ.) de Therſita Homerico componi poſſe puto; 2) in fabellis, epigrammatis, odis, quarum verus ſenſus et vis omnis tum demum percipitur, vbi quo affectu, qua mente, poëta cecinerit, repereris (nam vel *Ramlerum*, at quantum interpretem! animaduerti a vera ſententia quorundam Epigrammatum Martialis et odarum Horatii, quae carmina nuper vernaculo ſermone tractauit, aberraſſe, quod perperam de animo et conſilio poëtae iudicaſſet); 3) in orationibus, cuius rei luculenta exempla e Ciceronis Catilinariis, Philippicis aliisque peti poſſunt; 4) in dialogis et Platonis et Luciani, epiſtolis item Cic. Sed et ad hiſtoricos locos hoc pertinebit, vbi res quaedam exhibentur potius depingendo, quam narrantur.

breuius idem, vbi de monumentorum operumque antiquorum iusta explicatione agitur, demonstrabo. Partim enim eorum, quae de scriptorum interpretatione disputaui, ad monumenta, quae litterata nonnulli appellant, vim quandam esse, per se intelligitur, partim plurimi nuper monuerunt doctissimique operum antiquorum interpretes, esse in iis explicandis vel maxime sensum veri, decori, pulcrique subtilem adhibendum *s*). Siue enim quaeratur, vtrum illud, quod exhibetur, monumentum opusque antiquum sit ab eo, cuius esse dicitur, eaque cui adscribitur aetate, elaboratum et propositum, an ab alio serius recentiusue factum et venditatum *t*), siue examinetur, num

s) *Heyne* Lobschrift auf Winkelmann p. 13. ss. 28. ss. quae francogallice legi possunt T. I. Comment. Soc. Antiq. Cassell. vel T. I. Historiae Artis Winkelm. ab Hubero versae, italice etiam versionis ital. Mediolanensis T. I. p. XLIV. s.

t) De iudicii subtilis et criticae facultatis, multo vsu exercitatae, necessitate in cognoscendis examinandisque operibus antiquis quaedam nuper docte monuit Cl. *Martinius* Exc. 1. ad Ernesti Archaeol. p. 112. s. et in praef. XIII. s. Exempla quaedam vel fraudis in his operibus commissae vel interpretationis peruersae, in quibus maxime ille sensus rectus desiderabatur, recensuit nuper Cl. *Oberlinus* praef. ad 2. edit. primarum linearum orbis antiqui monum. suis illustrati p. V. ss. Et quanquam nunc non facile metuendum est, ne Martinus, Inghiramus, Ebermayerus, Golzius, Harduinus aliique his similes nos fallant, tamen nec nostris temporibus Gebelini, Dancarvillii, Poinsineti, Wittii, Kochii, aliique desunt, quorum commenta in hoc genere subtilius iudicium repudiet, meliorque sensus eludat. Ad quod quidem iudicium de operum antiquorum authentia formandum deest adhuc copiosa periti viri institutio. Quae enim hactenus ex eo genere scripta sunt, maxime ad titulos antiquos (vt Maffei imperfectum opus artis criticae lapidariae Luc. 1765. f. F. A. Zaccaria, qui de Latinis titulis egit) numosue (ex quo genere plura inde a Spanhemii aetate prodierunt scripta, sagacissima Abb. *Eckhelii*, qui, praeter elementa artis numismaticae vernaculo sermone edita, etiam Descriptionem numorum Antiochiae Syriae, siue specimen artis criticae numariae Vindob. 1786. 4. prodire iussit) pertinent. Sed, qui singulari libro subtiliter docuisset antiqua a recentibus artis operibus discernere, et criticam artem ad omne statuarum, anaglyphorum, toreumatum, gemmarum, tabularum reliquaeque antiquae suppellectilis genus tractandum adhibuisset, noui neminem. (Neque enim Klotzii libellum de gemmis quisquam huc pertinere putabit). Sunt tamen nonnulla ad hunc quoque criticae facultatis vsum prudenter disputata; quibus locis nostrorum hominum merita et Heynianae disciplinae fructus nemo non agnoscet.

num partes operum omnes, inprimis statuarum et simulacrorum, D 3 eidem

agnoscet. Iam vero in iudicio de monumentis operibusque antiquis instituendo cognitio eorum sola et litterarum omnium peritia vel non sufficere vel nihil omnino decernere, sed sensus quidam acrior siue veritatis siue pulcritudinis siue artis quaeri, reperitur. Indicia enim fraudis plerumque ita sunt ab omni eruditionis iudicio remota, quid quod ipso eruditionis specioso quodam, vt ita dicam, inuolucro teguntur, vt sine sensu acriori ne detegi quidem recte possint. Vnde factum esse videmus, vt, quae plurimi homines genuina esse censuerant, et securi interpretati erant monumenta, atque opera, sagacioris ingenii subtiliorisque sensus vir aut spuria esse doceret, aut in dubitationem adduceret. Nuper a docto Anglo (Robertsonum quendam fuisse tradunt) impugnata est fides Parii marmoris argumentis, quae a doctrina auctoris non leuem haberent commendationem, defensa illa et ab Hewletto, cuius liber maximam partem germanice redditus est a Wagnero (Die parische Chronik, griechisch, übersetzt, und erläutert nebst Bemerkungen über ihre Aechtheit von K. F. C. Wagner, Gött. 1790. 8.) et a Goughio (Observations in vindication of the Authenticity of the Parian Chronicle, by Rich. Gough, in Archaeologia or Miscellan. Tracts rel. to Antiqu. Vol. IX. p. 157. ff.). In argumentis vero, quibus vtrinque pugnatum est, multa ad sensum antiquitatis iustum redire sponte intelliget, qui vel ea cognouerit, quae de litterarum forma et omni monumenti istius indole disputata sunt. Numos antiquos nemo eorum peritus ignorat plures venditari, qui sunt fictitii, sub aerati, recusi, in quibus capita et inscriptiones mutatae sint, vt rarioribus accenseri possint, aut ex duobus vnum esse conflatum, quo magis singularis existeret vtriusque partis inscriptio (quas fraudes nuper accurate persecutus est Auctor libri Essay on Medals, iterum Lond. 1789. II. 8. editi). Quae, vt facile dignoscerentur, monuerunt Palaeographiae numismaticae prudentes auctores *Barthelemius* atque *Dutensius* (quos iam laudauit Cl. Martinius Exc. ad Ernesti Arch. p. 234. ff.) esse non modo litterarum inscriptionis formam, verum etiam artis laborem spectandum, in quo regnat illa ipsa sensus artis subtilitas. Numus, cum capite Gallieni, sed titulo *Gallienae Augustae*, quem satyricum esse censent, ab aliis pro spurio est habitus, a pluribus varie explicatus. v. *Raschius* in Lex. vniu. rei numariae T. II. P. I. p. 1298. ff. et *Klotzii* Diss. in eius Opusc. numariis (Halae Magd. 1772.) p. 71. ff. Scilicet perite nuper *Fr. Phil. Gourdinus* (in Diss. de numis satyricis, quae ex francogallico anglice conuersa legitur in Archaeologia Angl. Vol. IX. p. 61. ff.) ostendit, in hoc aliisque eius generis numis primum ipsam artificis manum esse spectandam, ne fallaris, tum definiendum, num satyrica vere sit vel inscriptio vel imago numi, qui publica auctoritate cusus nunquam videri possit atque adeo rarissimus et vel vnicus esse debeat. Fieri vero potuit, vt ad exemplar antiqui numi eius generis, alii eiusdem formae recentius cuderentur. Caeterum numos, in quibus celebratur Felicitas, Pax, Securitas temporum eorum, quibus

eidem debeantur artifici *v*), siue, ad quam artis aetatem, quodque genus

quibus omnia contra euenisse constet, facile patet ideo esse hac inscriptione publice ornatos, vt hominum querelis et posteritatis inuidiae occurreretur, neque adeo satyricos esse. Eodem sensu subtiliori exquirendum erit, vtrum, si quae in numis occurrant vitia, monetariis ea (a quibus multa commissa esse ex Frölichii Diss. et Gorio Mus. Flor. Num. T. III. p. 137. 191. s. constat) an impostoribus sint tribuenda. Multo difficilius, credo, cauebitur, ne gemmas recentius vel scalptas vel caelatas pro antiquis habeamus, quia recentiorum artificum (de quibus v. Lessing Collectaneen zur Litteratur, Art. Gemmen, et Sulzer Theorie der sch. Wissensch. Art. Steinschneider cum obseruatt. Generos. Blankenburgii) manus peritissime imitata est antiquam et ita, vt vix subtilissimo iudicio, plurimo vsu confirmato, animaduertatur. Ergo efficiendum est, vt sensus ille acrior in hoc quoque antiquorum operum genere existat, iudiciumque regat, vbi, vnde quaeque gemma profecta, vbi eruta et coëmta sit, ignoramus. *Ebermayeri* Collectiones gemmarum non nisi recentiora opera continere et fraudem facere dudum cognouerunt peritissimi homines v. Mariette Traité des pierres gravées p. 145. 311. ss. Winkelmann. Descr. des pierres grav. de Mr. de Stosch p. VIII. Metuo vero, ne inter eas, quas selectas nuper ex thesauris Vindobonensibus edidit Cl. Eckhelius (Choix des pierres grav. du Cab. Imp. Vienne 1788.) sint nonnullae recentiores. Certe, quantum ex earum delineatione colligi potest, illud mihi recte coniicere visus sum. Verendum etiam est, ne, postquam semel exortum est, Hamiltono atque Passerio potissimum auctoribus, incredibile studium vasa figlina picta colligendi, et in hoc genere fraudes committantur, sensu subtiliori detegendae. Nam confici Neapoli aliisque locis eius generis vasa, quae ad antiquiora proxime accedant, constat. v. *Münterus* in: Nachrichten von Neapel und Sicilien, aus dem Dänischen ins Deutsche übersetzt T. I. p. 64. s. et Venuti Interpretation des Peintures dessinées sur un Service de Table travaillé d'après la bosse dans le Royale Fabrique de Porcelaine à Naples 1787., quae ex ephemerid. Götting. a. 1790. 71. part. p. 714. innotuerunt. Vt nihil nunc de statuarum anaglyphorumue vero auctore et aetate sensu acriori definienda et constituenda dicam. In quo ne quis fallatur nominibus artificum adiectis, prouisum est a multis viris doctis, qui ea nomina gemmis, statuis, anaglyphis non raro esse temere adiecta ostenderunt. Cf. quae laudat *Guasco* de l'Usage des Statues p. 294.

v) Statuas et signa omnia plerique Archaeologi superioris et magnae partis huius saeculi ita explicuerunt et de iis disseruerunt, vt ne suspicarentur quidem, partes quasdam recentes, alias inter se permutatas, esse posse. Nunc ita hoc certum est, vt non modo, qui suis oculis ista, quae supersunt, antiquitatis monumenta vidissent, sed etiam qui cognossent, quae diligenter de iis erant narrata, sensu recto vsi, multi iam antiquas partes a recentibus distinxerint, monuerintque alios, esse eadem subtilitate vtendum in operibus antiquis examinandis. v. Maffei Verona Illustrata P. II. p. 213. de Agrippina Dresdensi

genus horum operum et monumentorum, id, quod ſpectatur, referri debeat, conſideretur *x*), ſiue inquiratur in conſilium, exemplarque, quod

denſi Caſanoua Abh. über Kunſtdenkmäler L. 1771. p. 31. et Leſſing Analecten für die Litteratur T. II. p. 651. et Heyne in Antiquar. Auſſätzen P. II. p. 172. ſſ. Iam etſi et huc doctrina nonnihil facere poteſt, nemo tamen non intelliget, maiorem etiam vim eſſe ſenſus cuiusdam, quo, quid in quoque artificio rectum, aptum, decorum, conveniens, venuſtumque ſit, percipiatur, quique aſſidua operum antiquorum cognitione et interpretatione conſirmetur. Eos, qui in his vnice doctrinam ſpectarent, riſit iam Mariettius Traité d. p. gr. p. 45. et profecto quisque ipſe, vbi doctos Italorum antiquiorum inprimis commentarios et diſſertationes ex hoc genere legerit, videbit, iſtam profundam, quam expromſerint, eruditionem adeo parum profuiſſe ad verum artificii ſenſum percipiendum, vt eum plerumque impediret.

x) Rariſſime olim tempora et genera artificiorum diſtinxerunt, unde fieri non potuit, quin omne de iis iudicium eſſet lubricum. Graecorum artificum aetates quasdam Plinius digeſſerat, quem tamen non artis ipſius incrementa et mutationes, ſed ea quae in Hiſtoricis adnotata repererat, parum ſubtiliter rem aeſtimantem, ſecutum eſſe nunc conſtat. Nec Winkelmanni deſcriptio Graecorum artificiorum ad varietatem quandam manus omnino probari poteſt. Primus rectius Etruſcorum opera ad aetates ſuas reuocauit, in quibus illuſtrandis Itali multum doctrinae, Caylus ſenſum ſubtiliorem, oſtenderant, Heynius (Monumentorum Etruſcae artis ad genera ſua et tempora reuocatorum illuſtratio. Nou. Commentar. Soc. Gott. T. IV. P. II. p. 65.). Eodem modo reliquorum populorum monumenta et opera poterunt ad hiſtoriam eorum artemque accommodate diſponi. Sic Aegyptiorum exiſtimo aetates has conſtituendas eſſe: *primam* rudioris initii (vbi ne ars quidem recte dicitur), *ſecundam* alicuius progreſſus in elaborandis ſignis et monumentis, inde a Seſoſtride vſque ad finem Dodecarchiae, ex qua aetate praeter notiſſima illa Obeliſcorum, Pyramidum et templorum quorundam monumenta, nam Labyrinthum antiquiorem, quam Herodotus facit, eſſe exiſtimo, ſuperſunt rudiora quaedam ſimulacra; *tertiam* inde a Pſammiticho vſque ad Alexandrum, quibus temporibus Graecorum hominum, qui in Aegypto conſederant, forte etiam Perſicarum religionum, aliqua fuit in Aegyptiorum artificia vis; *quartam* Ptolemaeorum aetatem, qua, vt Graecae litterae, ita artes etiam ita ſe inſinuarunt, vt pleraque opera ex Aegyptiorum et Graecorum manu conflata apparerent; *quintam* eam, qua, introducto Iſidis cultu Romam et in alias partes Orbis Romani, coeperunt antiquam Aegyptiorum manum imitari etiam extra Aegyptum, vſque ad Hadriani tempora, quo Aegyptiorum monumentorum et operum et artium ſtudium cum per imperatorem, tum per philoſophos effloruit; *ſextam* denique ſeriorum imitatorum, etiam Chriſtianorum. Atque his duabus poſtremis aetatibus plurima eſſe adtribuenda, quae ſuperſunt, opera cum natura ipſa tum ſenſus ſubtilior probabiliter

quod propositum menti secutus est artifex, et rem, imaginem, fabulam, sensum, quem *fingendo* pingendoue exprimere conatus est *y*), siue

liter docet. In eo vero inprimis Winkelmannum a recto sensu aberrasse certum est, quod in iudicando de Aegyptiis operibus nihil aut imperitiae antiquorum artificum aut imitationi seriorum, sed omnia certae cuidam et immutabili legi, quam scilicet Aegyptii secuti sint, tribuit. Possunt eodem modo Graecorum artis ad historiam Atheniensium accommodatae periodi melius constitui. Nam post rudia illa antiquissimae elaborationis truncorum initia successit (a Daedalo ad Phidiam vsque) aliqua artis excogitatio, quae inde a Phidia vsque ad belli Peloponnesiaci finem siue reipublicae Atticae restaurationem adeo celeriter et feliciter excreuit, vt omnia operum elegantiorum genera complecteretur et perficeret. Verum ille, qui tum ingruere coepit luxus, artes etiam corrupit ita, vt plures artifices inde a temporibus reipubl. Atticae restitutae vsque ad Alexandrum minoribus operibus et leuioribus (interdum obscoenis) potius, quam magnis et nobilibus inclarescere studerent. Interea tamen artes a Graecis magistris ad certa praecepta constitutae sunt, viditque Alexandri M. aetas aliquot summos cuiusque generis artifices. Sed publica tranquillitate Graecorum post Alexandri mortem diutius turbata, quietiores sedes artes quaesiuerunt Athenis relictis. Illud vero, quod tum exstitit, inter reges inprimis exteros, incredibile colligendi antiquiorum artificum opera studium ita recentibus obsuit, vt non nisi antiquiora imitarentur multumque de proprietate Graecae manus recederent. Denique vltima fuit eorum artificum aetas, qui, Graecia cum reliquis terris subiecta Romanis, Romae victum artibus exercendis quaerere debuerunt, hoc est imitando et reddendo antiqua opera. Iam ad quam aetatem, quam manum, quodque artificium, quod spectamus, referendum sit, definire, est sensus illius subtilioris exercitatione confirmati. Sed *genera* quoque istorum operum, si quae conspiciantur aut vsurpentur, erunt eodem sensu constituenda (nam Etrusca, Aegyptia, Celtica quam multa dixerunt, quae rudia essent, neque vni ex his populis propria! ex quo genere non pauca videor mihi deprehendisse in Gorii Museo Etrusco; Passeri Paralipom. ad Etruriam regalem Dempsteri et Museo Cortonensi; neque signa generis operum Etrusci quae Passerius in Diss. de Pueri Etrusci simulacro in Museum Vaticanum illato, Rom. 1771. f. p. 41. ss. constituit, ex meo quidem sensu, sufficiunt); tum exquirendum, vtrum protypon an ectypon sit id, quod spectamus, opus (nam etiam toreumatum habentur proplasmata, v. Passerius Lucern. Fictil. T. II. p. p. 35. s.); denique videndum, num exemplum sit an exemplar artis opus, quod examinamus; constat enim gemmas, pateras, vasa, statuas atque anaglypha inprimis sarcophagorum saepius esse ad antiquioris artificii formam efficta ita, vt non nisi imitationis rectae vel prauae iudicium, non inuentionis, adhibendum in iis sit quae antiquius opus expresserunt; v. Heerenius Bibl. der alt. Litt. und Kunst III. p. 5.

y) Nihil difficilius esse constat, quam sensum artificii verum, anaglyphi ideam, inprimis

ſiue denique de ratione agatur, qua opus exornauit ſuum, et vel vniuerſum vel ſingulae partes exigantur ad iudicia de pulcritudine et venuſtate,

inprimis vbi imagines ſingulae certis notis deſtituuntur, conſilium et mentem artificis, quam ideam vulgo dicunt, originemque omnis, quod exprimit, phantaſmatis vel ex mythis antiquitatis, vel ex poëtarum carminibus, vel ex ingenio, ex allegoria, ex artis ipſius natura deriuati, indagare atque deprehendere; et doctrinae ineptum vſum ſaepius impediuiſſe, quo minus rectam inirent viam, interpretes, neminem fugit. Vnde enim tam varia anaglyphorum et vaſorum pictorum prodierunt interpretamenta? vnde illae temere ſumtae opiniones de multis ſignis et protomis et capitibus? Ratio ſcilicet plerorumque Commentatorum haec fuit, vt ex arbitrio conſtituerent vim atque genus artificii, tum praeſidia ſuae coniecturae quaererent e variis eruditionis antiquariae theſauris, quibus ſaepe non niſi vel omnino ſenſus genuinus atque rectus vel ſingulatim ſenſus artis iuſtus atque verus opponi poteſt. Nam concedere, ſignificationem artificii certam edi non poſſe, id vero turpiſſimum eſſe crediderunt. In Muſ. Cort. Tab. IV. V. Iupiter et Iuno ſine certis argumentis feruntur. In Muſ. Etr. Gorii T. I. tab. XC. in Symplegmate aereo exhiberi temere dicuntur duae Nemeſes mortuum portantes; ſunt vero femineae figurae alis inſtructae. In eodem Muſeo ſaepiſſime Heroum ſigna eſſe dicuntur, quae ſunt militum. Addi poſſunt, quae de Geniis deorum ſingulorum commentus eſt Paſſerius, alii de athletis ſtatuarum (v. Heyne Antiqu. Aufſätze II. 227. Ramdohr über Mahlerey und Bildhauerarbeit in Rom T. I. p. 326.) de Pantheis (de quibus Commentatio eſt Gourdini in Archaeologia a Britannis edita T. VIII. p. 45. ff.) de Baſilidianis gemmis, de gemmis et laminis, quae feruntur Ieſum bonum paſtorem exhibere (v. Buonarotti Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di vaſi di vetro, ad Tab. I. et Paſſerii Diſſertatio I. Tom. III. Gorii Theſ. Gemm. aſtrif. p. 83. ff.) ſomniarunt. Quae ſigna Mercurium exhibere alii ſtatuerunt (etiam Paciaudius in Diſſ. ſopra una ſtatuetta di Mercurio, Napoli 1747. 4.) eas Praeſes Societatis Antiqu. Londin. (v. Archaeologia T. VI. p. 3. ſ.) Penatum eſſe voluit. Sunt vero iam antiquitus falſae ſtatuis inſcriptiones additae (v. Cic. ad Att. VI, 1. Com. de Guaſco de l'Uſage des ſtatues chez les anciens p. 292. ſ. Ramdohr I. p. 88.), quibus ne decipiamur, ſenſus artis iuſtus prohibebit. Anaglyphorum varie explicatorum exempla ſunt in Heerenii Comm. in opus caelatum Muſei Pio - Clementini Rom. 1786. 8. et Bibl. der alten Litt. und Kunſt P. III., Gallii Diſſ. ſuper anaglypho veteris ſarcophagi marmorei, verſa a Cl. Martinio in Syll. monim. antiqu. I. p. 1. (quae Diſſ. nec ipſa ſatisfacit). Quae ad allegoricam ſymbolicamue rationem pertinent, non pauci ad mythicam et hiſtoricam retulerunt, et in luſibus artificum non raro eximiam male quaeſiuerunt ideam. Lucernarum fictilium figurarum explicationes temerariae ap. Paſſer. Luc. Fict. I. tab. 16. 17. II. 35. 70. gemmarum in Muſ. Cort. t. 24. (vbi Cybele potius eſt, quam Dea coeleſtis) 28. 53. etc. Cf. quae contra

 Marti-

venustate, et comparentur cum aliis vel artificum operibus vel poëtarum monumentis z): vt haec omnia, quae ad veritatem, originem, aetatem, consilium, sensum, artem, monumentorum operumque

Martinum, Gallum, bene disputauit Lessingius Collect. zur Litteratur I. p. 172. Tum nobilissimi istius vasis Barberini, nunc in Museo ducis Portlandiae, maxime varia est multorum interpretatio. V. Murrii Journal zur Kunstgesch. XIII. 135. s. XVII. p. 8. ff. Ioh. Glen King in Archaeologia Angl. VIII. p. 307. ff. et Ios. Wegdwood Description du Vase Barberini — Lond. 1790. Erunt igitur partim ex cognitione fabularum et historiae, poëtarum etiam, partim plurium monumentorum vsu, partim sensu recto notae quaedam et regulae iustae talium monumentorum constituendae, quibus explicatio regatur, ne ambigua vagetur et incerta. Sed his notis indiciisque, vt recte quoque loco vtamur, eadem sensus prouidebit subtilitas. Exempla praebebunt, quae C. L. Iunkerus de alatorum numinum significatione (über Flügel und geflügelte Gottheiten — Frf. 1786.) admodum steriliter, I. Fr. Meyerus de taediferorum numinum sensu (Comm. de diis ac deabus δᾳδούχοις, Frf. 1790.) parum sufficienter, de idea Veneris Marti blandientis egregie Heynius (Antiq. Auff. I. p. 161.) et Ramdohrius (über Mahlerey und Bildhauerkunst in Rom. I. 334.) et Ille (Antiq. Auff. p. 115. ff.) post Delachauium et Larcherum de variis Veneris insignibus eorumque sensu (de quo argumento nuper etiam Richterus vernaculo sermone scripsit) disputarunt. Vt vero iudicium de ideis et caussis artificiorum lubricum est: ita difficilius etiam de origine cuiusuis phantasmatis iudicatur, vt, vtrum ex mythis, an ex ingenio artificis, aut ex poëtarum aliorumue artificum imitatione sit exortum, in quo etsi multum copiosa doctrina iuuare potest, tamen quo ea, sensu subtiliori duce destituta, aberrare possit, vel Spencii exemplum ostendit. Subtilius iudicauit Heynius in diss. de auctoribus formarum, quibus dii in artis priscae operibus efficti sunt, in Comment. Soc. Gött. Vol. VIII. p. XVI — XXX. Cf. de anaglyphis ad poëtarum descriptionem effictis Bibliothek der alten Litt. IV. 44.

z) Saepe quaedam operis partes optime elaboratae, aliae neglectae sunt, paucorumque ea fuit virtus, vt vel minimas particulas perficerent et toti operi conuenienter exornarent. Eo igitur intendatur subtilius iudicium. Videnda quae de Laocoonte post Winkelmannum, Lessingium, Heynium, Ramdohrium (I. p. 58. ff.), Heinsium (si is auctor est fabulae Romanensis: Ardinghello, inscriptae) nuper V. D. disputauit in Meuselii Museo (Meusels Museum für Künstler, Part. X. Manh. 1790). — In examinando artificio ad leges, quas nostri artium magistri scripserunt, sensus antiquitatis iustus efficiet, ne, quae nostris hominibus temporibusque propria sunt, ad vetera transferamus; in comparando autem cum poëtarum carminibus non patietur ille subtilis sensus nos fines poëticae et pictoriae sculptoriaeue descriptionis commiscere, quos Lessingium coepisse definire constat.

que antiquorum pertinent, recte intelligantur, pertractenturque, vt prudenter de iis ſtatuatur, vt bene declarentur et in vtilitatem vel litterarum vel artium conuertantur, non ſola legum criticarum, linguarum, fabularum, hiſtoriarum, monumentorum et operum plurium cognitione efficitur, ſed ſenſus etiam artis ſubtilior, iudiciumque veri et pulcri iuſtum regere et iuuare et ornare illa omnia interpretationis operum antiquorum praeſidia debet. Nam qui varia et multiplici doctrina inſtructi acceſſerunt ad explicanda opera antiqua et in iis illuſtrandis copias lectionis ſuae omnes exhauſerunt, ſed parum viſi ſunt illa ſenſus acrioris ſubtilitate eſſe adiuti, eos conſtat non modo a ſententia et vi multorum artis monumentorum aberraſſe, verum longius etiam abfuiſſe a veritate iudicandi de artificii praeſtantia et virtute *a*). Saepe etiam idem ille ſenſus rectus, ſi iis ſemper adfuiſſet tanquam fidiſſimus magiſter, monere archaeologos potuiſſet, ne in operibus incertis leuibusque operam coniiciendi et illuſtrandi ſuam contererent *b*). Qui quidem ſenſus, quanquam ipſis artis operibus conſpiciendis excitatur maxime aliturque: potuit tamen in iis quoque exſiſtere, qui, vel pingendo fideliter reddita vel narrando diligenter expoſita, plurima antiquitatis monumenta et artis opera, ſeuero iudicio adhibito, cognouerunt *c*).

§. 4.

Conatus ſum hactenus et vniuerſe diſputando et exemplis declarando efficere, vt concederetur, ad lectionis vitia detegenda, veram

a) Id fere in omnibus animaduerti eueniſſe Commentariis Archaeologorum ſuperiorum aetatum. Quo cautius iis vtendum eſt, vbi ſenſum artis rectum inde elicere et acuere, neque doctrinam antiquitatis vnice cognoſcere, velimus. (v. e. g. Gorii Muſeum Guarnacci. Monument. Flor. 1744.)

b) Vt in titulis vulgaribus explicandis, capitibus in gemmis, numis, aliisque definiendis, cultris, ſeceſpitis, fibulis, annulis eiusque generis pluribus operibus illuſtrandis. Contra anaglypha, quorum tamen vberrima eſt varietas et vis ad ſenſum artis et ad doctrinam, neglexerunt, aut in iis ſolos ſpectarunt titulos, vt Gruterus, ad ſummum figuras breuiter expoſuerunt.

c) Neque enim vel is, qui Romae viuit, omnia aut plurima artis opera coniuncta videt, multa aliunde cognoſcit.

veram auctorum scripturam diuinando aut e varietatum insigni copia eligendo restituendam, sententiam locorum et virtutem omnem percipiendam, interpretationis modum praesidiorumque eius vsum regendum, argutias interpretum doctas vitandas, ineptam nouitatis in explicando et eruditionis in illustrando ostentationem fugiendam, ad obseruanda ea, unde cuiusuis loci pendeat intelligentia, ad monumenta et opera antiqua recte tractanda, *acriorem sensum subtilius*que afferendum esse *iudicium*, cuius defectum aut prauitatem nulla vnquam doctrinae vis et copia possit praestare. Poteram vero vberius ostendere, eandem sensus subtilitatem potissimum valere in explicandis recte mythis fabulisque antiquissimae aetatis et philosophiae veteris rationibus, historicorum narrationibus et iudiciis examinandis, et arte scriptorum veterum omni declaranda, sed partim ea vidi diligentissime esse non modo disputata a viris doctis *d*) verum etiam in vsum ab aliis, recte aut perperam *e*), conuersa, partim veritus sum, ne commentationum mearum initium diutius lectores, si qui futuri sunt, moraretur. Iam nec hoc iudicaui egere copiosa disputatione, vt pateret, plurimum prodesse ad meliorem scriptorum et operum antiquorum interpretationem, si *facilis* sit ille, quem dixi, subtilior *sensus* et *promtum iudicium*,

scit. Esse vero picturarum et narrationum fidem accurate examinandam, tritum est. Cf. Heynii praef. ad lib. Antiquarische Auffätze p. X.

d) Exempla peti possunt ex Heynii vel breui disputatione de mythologia in praef. ad Hermanni librum: Handbuch der alten Mythologie T. I. vel copiosiore T. III. Not. ad Apollod. diss. de caussis fabul. physicis, cum epimetro T. I. Opp. Acad. p. 195. ss. et quae in Comment. Nou. T. VIII. et Commentatt. Soc. Gött. T. II. extant de Homero et Hesiodo; tum e Mellmanni Comm. de caussis narrat. de mutatis formis, L. 1786. — Heynii item Diss. de fontibu et auctoritate hist. Diodori Siculi T. V. et VI. Commentatt. Soc. Gött.

e) Praui vsus istarum obseruationum specimen edidit Rabaltus de S. Stephano (Rabaud de St. Etienne) in Epistolis de prima Graeciae historia francogall. scriptis, Par. 1787. Ex mythographorum antiquorum interpretibus plurima similia exempla colligi possunt. Memorarem etiam cl. auctorem Memnonii (Memnonium, oder Versuch zur Enthüllung der Geheimnisse des Alterthums, L. 1787. II. voll. 8.) et Tentaminum super vetustissima philosophia (Versuche zur Aufklärung der Philos. des Alterthums, L. 1788. 90. II. voll. 8.), Fr. Vict. Leber. Plessini-

iudicium, hoc eſt, ita comparetur inſtruaturque mens noſtra, vt, vbi in ſcriptum locumue ſpurium, dubium, difficilem, multorum commentis obſcuratum, vel eximium quemcunque et venuſtum, inciderimus, aut ſtatim et primo, vt ita dicam, obtutu, aut, diligenter verbis loci omnibus penſitatis, facili tamen opera, intelligamus et percipiamus, quid rectum, verum, certe maxime probabile, aptum, conueniens, elegans, pulcrum ſit, aliisque eum ſenſum recte explicare valeamus. Neque enim eſt, qui non nouerit, vt in omnibus omnino negotiis et laboribus, ita maxime in iis, quae ad litteris, inprimis eas, quae ab humanitate nominantur, ſpectant, non ſolum promtam paratamque rerum neceſſariarum ſcientiam, ſed et facilitatem quandam videndi, quae, et quomodo, quaeque, tractanda ſint, periteque tractandi, maxime deſiderari *f*). Neque puto fore, qui neget, cui ſit facilis ille et rectus ſenſus, non metuendum eſſe, ne ad inepta Grammaticorum et interpretum commenta vel delabatur vel deducatur. Cui vero illa recte atque facile ſentiendi et iudicandi promta ſubtilitas ſcriptorum veterum lectione et interpretatione vel excitata vel aucta fuerit, is, cuiuscunque ſcripti et monumenti, indeque petitarum rerum, certa intelligentia nititur iuſta interpretatione *g*) facile veram rectamque ſententiam et eruere et declarare valebit. Qua arte ſiue peritia ſententiae dictorum vbique facile inueniendae cum praeſtantius nihil ſit ad effugiendos grauiſſimos errores veritatemque tenendam,

Pleſſingium, niſi inuidia vituperationis grauis metuenda eſſet.

f) Si auctoritate quadam opus fuerit, laudarem, quae de promta et parata iudicandi ſubtilitate Ruhnkenius Elog. Hemſt. p. 11. ſcripſit.

g) Quo pertinent libri ſacri vtriusque aetatis et generis, quorum non pauci interpretes argutas ingenioſasque coniecturas de multorum locorum ſententia, ſed vanas, ſenſu veri et recti ſubtiliori deſtituti, protulerunt (vellem vero, me nunc haec quoque attingere potuiſſe; neque enim b. Thalemanni Diſſ. de ſenſu veri et falſi in interpretatione librorum ſacrorum, otium retractaturo eam rem feciſſe videtur, et poſt Rev. Graefenhainii diſſ. de interpretationibus N. T. argutis magis, quam veris, L. 1774. edita plurima alia exempla ſuppeditauit recentiſſima aetas), tum fontes iurium et ciuilium et publicorum, monumentorum item hiſtoriae. Sed ea nunc omittere cogor.

dam, cumque eius vis ad omnes pertineat disciplinas et artes humanitatis, intelligitur, si ea facultas vel paratur vel acuitur inprimis scriptorum veterum assidua interpretatione, hoc quoque nomine eam optime defendi aduersus nuperos lectionis auctorum graecorum et latinorum omnisque disciplinae hermeneuticae contemtores *h*), quos multa non sine acerbitate disputasse aduersus litterarum harum studia periti quique dolent. Neque enim interpretationem recentiorum scriptorum, poëtarum inprimis, vnquam eam artem et facultatem gignere, quae exercitationi veterum scriptorum explicandorum debetur, copiosius ostenderem, si id nunc ageretur. Illud vero etiam monendum est, qui assidue et diligenter interpretandis cognoscendisque scriptoribus antiquis sensum veritatis venustatisque subtilem et facilem fuerit nactus, eum, si quid ipsi componendum sit scribendumque, siue patria siue latina vtatur lingua, vere, recte, definite, accurate, perspicue, apte, eleganter, non ambigue, obscure, negligenter, perperam, esse locuturum scripturumue, et dicendo effecturum, vt ipsius sententia tota ab iis, qui verborum non imperiti sint, percipiatur, quae quidem ipsae orationis virtutes in omni vita nostra magni sunt vsus. Contrahimus enim nobis ista artis interpretandi ad sensum rectum accommodata exercitatione perpetua non tantum promtam iudicandi subtilitatem, quid sit bene, quid male, propositum et enunciatum, et in quo vel vitium vel virtus insit, sed etiam facultatem non leuem et vero commoditatem quandam recte dicendi et scribendi, qua vti tandem consuescamus sine multa opera et meditatione; nec scriptores optimos vtriusque linguae cognoscimus, vt vel res solas, quas tradunt, discamus, vel formulas et verba, quibus

h) In his *Campium*, atque *Trappium*, aduersus quos nonnulla bene monita sunt a *Rehbergio* (Sollen die alten Sprachen bey dem allgemeinen Unterricht der Jugend in den höhern Ständen zum Grunde gelegt werden — Berlin. Monatsschrift 1788. I. part. p. 105. ss. 253. ss. et inprimis 1789. Part. I. p. 20. ss. 34.) tum etiam ab aliis. Sed illa interpretationis vis latissime patens atque vtilitas, ex meo quidem sensu, vnice commendat vett. scriptt. lectionem diligentem.

quibus vſi ſunt, colligamus *i*), ſed, vt omnem, cogitationes mentis animique ſenſus plane, recte, et ſuo ordine exponendi, artem ſiue rationem intelligamus et imitando exprimamus, qui nobiliſſimus eſt horum ſcriptorum vſus. Iam ſi tanta eſt *ſubtilioris et facilioris ſenſus*, vel ad intelligentiam aut veterum aut omnium ſcriptorum dictorumve iuuandam, vel ad orationis noſtrae praeſtantiam formandam, vis: non poterit operam perdidiſſe videri, ſi quis, qua ratione ſenſus ille ipſa interpretatione recte inſtituta vel excitari et produci vel acui et augeri poſſit, breuiter declarare ſtuduerit *k*). Nemini enim homini naturae inuidia ſenſum veritatis, ordinis, conuenientiae et pulcritudinis denegaſſe reperitur, ſiue exſerat ſe ille ſiue lateat, neglectus curatusue, rudis expolitusue, acrior et ſubtilior, ſit, an obtuſior et hebetior; quoque minus educando deprauata eſt recta animi indoles, quam eheu! elegantior ſcilicet educatio liberorum tantum non omnem peruertit, eo facilius ſenſus illius virtus ſe prodit eoque magis regnat *l*). Sed vt omnes mentis vires et facultates non aeque multae et magnae contigerunt, dei dono, hominibus quibusvis, et excoli varia ratione et arte in omnibus debent, augeri aliquanto et perfici elaborando in iis quoque poſſunt, quibus vel parum vel omnino non conſuluiſſe naturae liberalitas videtur: ita etiam ſenſus ille, quem dicimus, in dictis ſcriptisque veritatem et venu-

i) His formulis ne contra omnem ſenſum imitando abutamur, a multis iam monitum eſt; illud autem nondum vidi ſubtilius eſſe diſputatum, omnem dicendi modum eſſe, vbi imitari velis, diiudicandum ex ratione eius loci, quo ille inuenitur, quod non modo de diuerſitate orationis poëticae, philoſophicae, hiſtoricae et rhetoricae velim intelligi, ſed de dictione etiam eiusdem generis ſiue poëtica ſiue oratoria ſiue alia, cuius recta imitatio nititur vnice locorum conuenientia et temporum.

k) Multi monuerunt, vſum eſſe comparandum et conſuetudinem cum auctoribus veteribus ſingulis ineundam; inde interpretationem plurimum iuuari. Rectiſſime. Sed vſus ille, quem omnes commendarunt, ab hoc quem dico, ſenſu ita differt, vt id quo aliquid efficitur ab eo, quod efficitur, diſtat. Vſu enim illo et familiaritate cum ſcriptoribus exiſtit vel acuitur ſenſus ſubtilior et facilior.

l) Declarata haec copioſius ſunt a b. Thalemanno diſſ. laud. p. IV. ſ. XXII. ſ.

venuſtatem animaduertendi, in aliis acrior eſt et ſubtilior et ad penetrandum acutior, ad videndum facilior, in aliis minus. Sed cui defuerit ſenſus benignitas ad inuenienda, quae quoque loco vera et recta et pulcra ſunt, ei tamen vel iudicii ſubtilitas ad ſentiendam facile inuentorum ab aliis veritatem vanitatemue vel facultas conceſſa eſt indagandi et deprehendendi et protrahendi veri, vbi veſtigia ab aliis fuerint monſtrata; et vt ex ſcintillulis ingens ſaepe elici videmus incendium, ita, ſi quae ſint huius ſenſus, vt ita dicam, ſemina, quae vbique latent, ea colendo in laetiſſimas excreſcere poſſunt copias. Quod quidem contendo *iuſta interpretatione ſcriptorum et monumentorum* effici, quae, dum ita inſtituitur, vt omnia non intelligantur, ſed ſentiantur etiam, ipſam illam ſenſus ſubtilioris faciliorisque virtutem excitat, acuit, perficit atque exornat *m*). Iam vero cum in vniuerſum *interpretatio*, cuius ea ſit, quam laudaui, vis, ita *comparari debeat*, vt *primo*, ſingulorum verborum loci cuiusdam vi cognita, omnia quae ad eum locum pertinent, oculis, vt ita dicam, ſubiiciantur, efficiaturque, vt lector ipſe veluti locum ſcriptoris ſuſtineat veniatque in quandam communionem ſententiarum, affectionum, omnisque conditionis ſcriptoris, *deinde*, vt, examinato diligenter verborum ſcriptoris nexu et comparato cum iis, quae nos eius locum ſuſtinentes ſenſiſſemus dixiſſemusue, probabiliter eruatur ſcriptura ſiue ſententia auctoris, *tum* eliciatur ipſo ordine et modo eorum, quae dicantur, ſi quis vel natura inſit vel praeceptis conformatus ſit, ſenſus recti et venuſti, qui ordo et modus tractandi loci vix poteſt vniuerſe deſcribi, *denique*, vt non diſcedatur a loco, donec omne id, quod de eo diſputatur, plane perceptum ſit, id quod ſubigendo eo loco et in varias partes vertendo, nonnunquam quaerendo ex iis quibuscum ſcriptorem cognoſcis, fieri poteſt (cuius rei vſus aſſiduus interpreti ſubtili facile alias et plures ſenſus excitandi monſtrabit

m) Male contendit Thalemannus p. XXIX. ſenſu hermeneutico vtendum eſſe, non tam, vt aliis perſuadeamus, veram eſſe interpretationem, quam, vt nobis ipſis de illa conſtet. Immo latius patet.

ſtrabit rationes): intelligitur, primo, pertinere hanc interpretationis ad ſenſum accommodatae rationem maxime ad *claſſicos auctores eorumque locos difficiliores*, nec leuem atque ſubitaneam admittere commentandi operam, poſſe tamen aeque eam in tardiore ſcriptoris lectione ac in celeriore, vbi modo diligenter ad ſeriem et nexum eorum, quae ſcripta ſunt, attentos eſſe lectores iuſſeris, (*ſtatariam* et *curſoriam* vulgo appellant *lectionem*) locum habere; tum, interpretem, qui ad ſenſum apte explicare velit locum, non modo ipſum oportere ſubtilitate et facilitate iudicii, ſiue natura ſiue arte comparata, gaudere, verum etiam inſtructum eſſe exquiſita et critica et promta linguarum reliquorumque omnium interpretationis praeſidiorum ſcientia, et facultate idonea atque parata ex iis eligendi, quorum rectus vſus quoque loco ad ſenſum ſubtiliorem maxime faciat *n*), atque videndi, num longiore an breuiore ad ſenſum illum excitandum opus ſit diſputatione. Nunc enim non neceſſaria erit multorum verborum declaratio, ſed, ſi quis ipſe ſenſu perceperit, quae vera et recta ſunt in eo, quem tractat, loco, ſciatque eum ſenſum facile ad alios transferre, pauciſſima adhibebit in eo genere verba; nunc contra plura ſunt conſideranda et examinanda prius, quam ille exiſtere poſſit ſenſus; cauendum tamen ſemper erit, ne vbertate adnotationis grammaticae et verborum interpretis copia ſenſus ille obruatur et opprimatur. Videbit vero etiam interpres, cum quibus ipſi agendum ſit, quibusque ii facultatibus praediti ſint. Equidem

n) Haec ideo monita ſunt, ne quis putet grammaticam interpretationem omitti poſſe, aut ſibi perſuadeat, facillimum eſſe, ad ſenſum veri et pulcri excitandum accommodate ſcriptores veteres interpretari. Immo poſtulatur copioſus multarum litterarum apparatus, et, praeter ingenii dotes, exercitatio et meditatio non leuis; nec, quia interpres, qui ſenſus excitationem ſpectat, doctrinae copias non omnes oſtentat, credatur, eum his copiis carere potuiſſe, aut, quia breuiſſime nos ad illum ſenſum perducere valet, rem nullius fuiſſe praeparationis et commentationis. Nam ſi vel maxime ſtatim ipſe ſenſerit, quae vera et recta ſunt: tamen et examinare hunc ſuum ſenſum accuratius, et diligentius cogitare debet, quomodo in aliis eum excitet.

Equidem in ea re, vbi ſingula certis finibus circumſcribere ſaepe non licet, illud tamen planiſſime intelligo, *tria* conſtitui poſſe *interpretationis genera*, et, vt ita dicam, gradus, quorum fines, vbi diligenter fuerint ſeruati, neque confuſi, quod nunc cum maxime in ludis inferioribus fieri audio, et adulescentes ſenſim ab vno ad alterum et difficilius genus perducantur, exiſtimo non mediocrem inde in has, aliasque litteras, redundaturam eſſe vtilitatem. *Primum* eſt eius interpretationis genus, quae mere *grammatica* dici poteſt, et in explicanda accurate et ſingulatim origine, ſignificatione, vi et natura verborum cum ſingulorum tum iunctorum, ſtructurae ratione et omnis orationis forma, tum etiam rerum expoſitarum materie, verſatur, quaeque fundamenta, vt ita dicam, continet, quibus reliquae tractationis auctorum vett. artificium ſuperſtruatur; *alterum* eius eſt, quae grammaticae obſeruationi, leuiſſima omittenti aut tangenti, adiungit aliquam admonitionem de criſi vel lectionis et ſcripturae, vel dictionis et ornamentorum orationis quorundam, praeparatque lectores ad ſubtilius et exquiſitius genus, id quod *tertium* eſt, cerniturque in eo, vt quaeratur diligentius de authentia libri lociue, quem tractamus, inquiratur vberius in veram ſcripturam, et, ſententia et oratio ipſa exponatur ita, vt, quam recte ſic explicetur, ſentiatur, veritas et venuſtas dictorum explicetur cum ſeuero et ſubtili iudicio, quo ipſi illi, quibus haec traduntur, ſenſu ſuo percipiant omnem loci et dicti vim, et iudicium ipſi ſuum ita confirment et regant, vt tandem ſenſui ſuo confidere poſſint. Quam quidem interpretandi rationem ad ſubliniorem et nobiliorem Critices omnis vſum pertinere, nemo non videt. Iam vero ſponte quisque intelligit, hanc interpretationis rationem omnem, quam vltimam laudaui, ſaepe non ſcriptae adnotationis aeque eſſe ac eius, quae ſermonibus et ore profertur, nec vllum poſſe ſcriptum commentarium ita copioſum eſſe, vt omnia ea promat et exponat, quae ad ſenſus ſubtilitatem et facilitatem apud lectores iuuandam inprimis faciant, et ita loci ſententiam et virtutes atque vitia explicare, vt vbique ſenſus ille

ille exſiſtat *o*). Magna fuerit commentarii ſiue perpetuae adnotationis ſcriptae laus, ſi vel quibusdam locis id ſequatur ſenſus ſubtilioris excitandi conſilium, vel contineat, quorum ope ars, illa ſenſu percipiendi quae vera et recta ſunt, apud peritum hominem iuuetur, neque occupetur vnice variarum lectionum congerie, verborum et formularum, rerum etiam quarundam, illuſtratione, aut exclamationibus de pulcritudine ſentienda. Interpretis autem, cui et facultas et vſus adſit, opera non modo efficiet, vt *vniuerſe* ſenſus ille veritatis et pulcritudinis ſubtilis et facilis excitetur acuaturque interpretando, verum etiam, vt *ſingulatim* in quouis ſcriptore et libro explicando ſentiatur, quid in eo verum, rectum, aptum, venuſtum ſit *o*); deinde videbit, poſſe peculiari quadam arte et ratione effici, vt ſenſus ope indagentur fraudes ſcriptorum ſuppoſititiorum, vitia lectionis, et medendi optima praeſidia, quem *criticum* appello *ſenſum;* alio modo, vt, quae vera mens ſit auctoris, et, quam recte ea ſe habeat, facile percipiatur, quem *hermeneuticum ſenſum* dico, quique, vbi in hiſtoricis vel poëtis vel philoſophis legendis exſiſtit, *hiſtoricus, poëticus, philoſophicus ſenſus* non male a noſtris appellatur; tum vero, nouo interpretis artificio ſenſum venuſtatis omnis iuſtum elici et ſubtiliorem reddi, quod quidem *critici ſenſus* genus eſt, noſtri *aeſtheticum* dicunt; in operibus autem antiquis non hunc modo, verum etiam *artis ſenſum* ſingularem quaeri; denique idem prouidebit

o) Potui ita conſolari eos, ſi qui queruntur de ſorte aduerſa magiſtrorum ſcholae aliorumque harum litterarum doctorum, quod in claſſicis auctoribus latinis, qui nuper perpetua adnotatione illuſtrati prodierunt, tractandis vix inueniant monenda, quae non iam ſcripta legantur. Perſuadeant vero ſibi, multum ſupereſſe, ſi quis recte copiis expoſitis vti velit, nec inuideant huius adnotationis bona aliis, quos munus interdum coëgerat, particulam auctoris quandam ſcholis ſuis interpretari, quosque triſtis neceſſitas hactenus ad Minellium compulerat, unde ſaepe miſeri ſine ſolatio abierunt.

p) Neque enim eadem omnibus idearum veritas eſt, et alia habetur poëtis, alia oratoribus, hiſtoricis, philoſophis, reliquisque ſcriptoribus; nec idem conueniens ſingulis locis eſt librisue; et elegantiae venuſtatisque dictorum maxima eſt varietas.

bit sapiens interpres, vt sensus omnes, quos excitat, nitantur certis et idoneis caussis, quanquam non semper copiose expositis, sintque clari ii sensus, quantum per naturam cuiusque fieri potest, neque obscuri. Nam temere concepti, incerti, confusi, neque satis expliciti, sunt eo diligentius vitandi, quo magis interdum subtilitatis et exquisitae rationis fucata specie nobis blandiuntur. Iam etsi huius omnis, quam descripsi, artis non ea vidi praecepta posse proponi, quae singulas eius rationes, modos omnes et vsus, vias et ambages, definiant, estque in hoc genere non parum relinquendum ingenio bene formato et iudicio subacto: tamen persuasi mihi, partim aliquam eius artis institutionem, vsu comparatam, idoneis declarari exemplis, et vniuerse doceri posse, quomodo in quoque vel criseos vel exegesos genere efficiendum sit id, quod quaerimus, vt veritas et venustas subtili sensu facile teneatur, partim ostendi, quo modo cavendum sit, ne, quod nunc cum maxime euenire videmus, vano et incerto ineptoue sensu ducti aberremus, ne plura in loco quodam sensu velimus percipere, quam insunt, neue alio modo praestantissima illa sensus acuendi et expromendi arte abutamur. Equidem disputationem meam, quam non iniucundam fore speraui, ita descripsi, vt primum exponerem de sensu ipsius difficultatis locorum, si quae est, excitando, tum de sensus critici, hermeneutici aestheticique subtilitate ab interprete recte iuuanda singulatim agerem, porro praesidia eius artis, et, qua ratione colligenda sint et adhibenda, monstrarem, denique monerem, ne quid contra rectum et verum sensum vnquam committatur. Neque tamen eam, quam et animo conceperam et adnotatione parau eram vbertatem et copiam vel praecipiendi de quoque argumento vel illustrandi vel monendi admisit ipsa elaborationis ratio, vidique breuius multa, quam voluissem, disputanda esse, ita tamen, vt nihil, quod grauius esse visum fuisset, praetermitterem.

§. 5.

§. 5.

Iam primum *q*) omnium interpretis arte efficiendum eſt, *vt* ſubtiliter et facile loco, qui cognoſcitur, *aut ſentiatur*, *ineſſe* quandam vel leuiorem vel grauiorem *difficultatem*, quae tollatur neceſſe ſit, *aut nullam ineſſe* et fruſtra ab aliis quaeri. Nam non paucos quiſque, cui harum rerum aliquis vſus eſt, nouit eſſe interpretes, qui facillimis locis et formulis et rebus illuſtrandis occupati, difficiliora loca vel omnino taciti praetereant, quaſi omnia explanata ſint et certa, vel leuiter perſtringentes tangant, nec verum vel ſcripturae vel diſputationis dictionisue vitium animaduertant *r*). In quo quidem genere mira eminuit *Bentleii* ſagacitas, probata ea ſummis Criticis aequalibus, vt *Hemſterhuſio* et *Doruillio*, noſtris etiam Philologis nonnullis, quamquam in admittenda emendatione ex ingenio prolata timidioribus, non improbata, quam nuper quoque aliorum ſummorum Criticorum, Tyrwhitti, Valckenarii, Ruhnkenii, Vuyttenbachii ingenia, vt alios, noſtrates etiam, omittam, vel attigerunt, vel ſuperarunt. Nec defuit ea vitiorum aut difficultatum inuenien- darum

q) Poſtulare conſueta Criticorum ratio videbatur, vt primum quaereretur, quomodo ſenſus et iudicium de libri, et integri operis plures partes vel carmina complectentis, authentia adiuuandum ſit interpretis ſubtilis artificio, ſed malui eam quaeſtionem coniungere cum ſimillima de ratione omni libri cuiusdam ſenſu recto cognoſcenda, quae, abſoluta reliqua diſputatione de ſingulorum locorum aut partium tractatione ad ſenſum accommodata, melius inſtituetur.

r) Corruptiſſimus eſt locus Bionis Id. 7, 8. ſ. (15, 8. ſ. ed. Valk.) et tamen I. G. G. Köhlerus, qui peculiarem de eo diſputationem emiſit Ienae 1772. (v. Bibl. Crit. Amſt. P. V. p. 7.) nihil ibi difficultatis inuenit, Schwebelius vero vulgatam ab Vrſino lectionem tuitus eſt. In defectu maximae carminis partis, quae forte medelam praebuerit, praeferenda eſt Ruhnkenii coniectura reliquis omnibus, ad loci ſenſum. Qui Pindari IV. Olymp. carmen nuper perpetua adnotatione illuſtrauit H. C. Pfaffius (Ienae 1787. 8) etſi ſingula verba, nonnullas quoque imagines ſatis expoſuit tamen nonnullarum conuerſionum poëticarum (vt v. 7. ſ.) non omnem difficultatem vel ſenſit vel explanauit. Saepe etiam lectio loci vulgata in editione quadam optimum fundit ſenſum, ſed debetur ea interpolatori aut editori, et aliis libris conſultis patet demum eius incertitudo et difficultas; exempla duo ſunt in vno l. 7. c. 35. Bell. Gall. Caeſaris.

darum facilitas b. *Reiskio*; ſed vt ei ſaepius eueniſſe conſtat, vt vitium, quod non eſſet, reperiret locumque corrigendo deprauaret, ita nemo ignorat, *Bentleio* etiam talia interdum excidiſſe, caſtigato propterea a popularibus nonnullis, etiam a miſeris magiſtellis, paullo acerbius. (Conf. Nodell. Not. Crit. Auiano ſubiectas p. 89. ſ.) Et profecto maior reperitur eorum Commentatorum numerus, qui, nonnunquam ingenii oſtentandi cauſa, difficultates ipſi ſibi pariunt, vt tollere poſſint, vel lectione ſollicitanda, vel variis ſententiae rationibus, vel diſputatione de pulcritudinis ſenſu *s*). Quod inprimis locum ſaepe tum habet, quando dicta quaedam frigere dicuntur, et vel reprehenditur ſcriptor, vel locus tentatur, et plerumque ipſe corrigitur vetus auctor. Sic in Hor. Ep. I, 14, 15. frigere particula *nam* Marklando male putabatur in Explic. locorum quorundam, quae Supplicum Eurip. editioni ſubiecta eſt p. 260. Maxime infauſta ea ſors poëtarum veterum vtriusque linguae fuiſſe videtur, vt necterent interpretes nodos, ſibique ipſi obiicerent quaerendo impedimenta vel intelligentiae mentis poëtae vel perceptionis elegantiae. Sic aduerſus anachroniſmos in poëtis quaeſitos bene diſputauit *R. Ouwens* Noct. Hag. p. 195. ſſ. 222. ſſ. Sed non licet omnem eius vitii interpretum, quanta patet, vim et rationem diſſerendo nunc per-

s) Defendit optime Brunckius Soph. Oed. Tyr. 601. lectionem ἐραστὴς τῆσδε γνώμης, vbi oſtendit, nullam huic ſententiae ineſſe difficultatem. Neſcio qua de cauſa in Aeſch. Perſ. 816. in elegantiſſima imagine ὄμμασι vitioſum cenſuerit Valckenarius Anim. ad N. T. p. 328. Dicuntur ibi cum ſumma vi *cadauerum acerui* (conſpecti) *oculis hominum vel in tertia generatione* (neque enim τριτοσπόρῳ γονῇ cum ἄφωνα iungendum, ſed in appoſitione ad βροτῶν ὄμμασι capiendum) quanquam muti, eſſe clare indicaturi ὡς κ. τ. λ. In Eurip. Suppl. 520. admodum ſpecioſe pro πράγμαθ' ſcribi Nodellus vult νάμαθ', quod tamen ad ſenſum non adeo bonum eſſe apparet. Multo ſpecioſius etiam in Tibull. El. I, 4, 54. (Brukhuſ. v. 48.) coniecit Cl. Santenius Bibl. Crit. Amſt. III. p. 71., *ſed male rapta dabit.* Et tamen video non ſenſum modo, ſed etiam maiorem vim ineſſe vulgatis: ſed tamen apta (ſcil. amatori, oſcula) dabit. In Cic. Epp. VII, 7, 5. nullum grauius vlcus ob codd. varietatem erat augurandum. Τὸ *Habes* ab initio periodi erit ponendum, vnde male in varia loca in codd. migrauit.

perſequi. Vbi vero intellectum ab ipſo interprete ſit, difficultatem quandam vere eſſe, tum non leuior ea erit ipſius opera, vt doceat iudicio ſubtili atque promto, *in quo* potiſſimum *difficultas* ſit et *vnde ea oriatur.* Quod quidem ad veram medelam loco adhibendam vnice valet. Nunc enim difficultatem parit ſubtili et perito interpreti ipſa rerum traditarum, ſententiarumque propoſitarum natura, in quibus quidem locis etſi ſaepius multarum rerum et litterarum cognitio monſtrat, quae inſunt obſcura, incerta et vana, ita vt, qui illa eruditionis copia caruerit, ne ſentire quidem vllam difficultatis rationem poſſit *t*), tamen earum rerum, quae in ſenſa animi cadunt et ad ea maxime faciunt, ſenſus rectus facillime percipiet, ſi quid eſt aberratum a iuſta ratione aut inepte poſitum aut explicatione accurata eget *v*); nunc haeremus in ſingulis quibusdam verbis non vnice propterea, quod Grammaticorum praeceptis aut linguae vel vniuerſae vel cuiuſque aetatis et ſcriptoris legibus non conuenire videntur, ſed quod aut nullum aut non commodum fundunt ſenſum, in quo probe videndum eſt, vt illud verbum indagemus, in quo vera eſt, neque ficta, difficultas *x*); nunc nos ipſa verborum plurium iunctura et

t) Quo pertinent geographici, hiſtorici et chronologici errores in ſcriptt. hiſtoricis, vitia metrica in poëtis, ſententiae multum recedentes ab iis, quas idem ſcriptor alibi defendit, decreta de rebus et euentis naturalibus, eiusque generis alia.

v) Vt, num ſuo loco poſitae ſint ſententiae, quae leguntur, num ſuam habeant vim, res allatae num pertineant ad id, de quo dictum eſt, et declarent, illuſtrent, commendent id, cuius cauſſa afferuntur, et contra.

x) In notiſſima elegia Propert. IV, 11. plurimos v. 3. offendit: *Quum ſemel infernas intrarunt funera leges.* Schraderus Emendd. p. 181. ſ. cum Heinſio atque Burmanno *ſedes* legibus ſubſtituit. Vulgatam alii defenderunt, vel quod ſimilia alibi legantur de orci neceſſitate (Toupius ad Theocr., Koppiers Obſ. Philol. p. 131.), vel quod *leges inferorum* dicantur (Nodell. Not. crit. in var. ſcriptt. p. 70.) vel quod intrare inſidias, fragorem, manes, reperiatur (Cl. Santenius Comm. ad Prop.). At non videtur animaduerſum eſſe, verbum *intrare* ideo difficilius eſſe, quod cum infernis legibus iunctum duplicem habet ſignificationem, intrare infera et ſubire eorum leges. Caeterum verſus initii Elegiae ita ordino:

Deſine, Paule, meum lacrimis urgere ſepulcrum!
Nempe tuas lacrimas littora ſurda bibent.

Quum

et ſtructura impedit, vel quod ea omnino iuſto durior eſt et deterior vel quod ſententiam reddit ambiguam et obſcuram *y*); nunc nexus vnius loci particulaeue aut longioris aut breuioris cum iis, quae antea legebantur aut quae inſequuntur, minus facile perſpicitur, cuius quidem nexus difficultas eo diligentius examinanda eſt, quod non vna omnium ſcriptorum ratio quaeri poteſt ſententiarum ſuarum et dictionis copulandae, alioque connectendi modo vtuntur varii generis poëtae, philoſophi et oratores et hiſtorici alio, nec vnus eiusdem generis et numeri ſcriptor eadem arte eodemque ordine in ſententiis et dictis iungendis gaudet *z*); nunc vna diſtinctionis ſiue inter-

Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante viae.
Te licet orantem fuſcae Deus audiat aulae,
Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Audiat pro exaudire velit, capi poteſt. Mox v. 16. qui recte aduerſus Schraderum defendit voc. *vnda*, Rutg. Ouwens Noct. Hag. p. 578. ſ., tamen non obſervauit, ideo difficile viſum eſſe τὸ vnda implicat, quod non cogitarint Intpp. *vndam Stygiam* dici, quae limoſa eſt, v. Virg. Georg. 4, 478. In loco Valer. Flacc. Argon. 1, 132. non habitus deſignatus (v. Nodell. l. l. p. 83. ſ.) ſed verbum *deiecta* (palla in lumina deiecta) illuſtratione eget (cf. Cl. Wernsdorf. in Stoſch. Muſ. Crit. Vol. I. p. 116.). In Polyb. 4, 36, 6. verbum quidem ἀπεσπασε cum Gronou. in ἀπεπεσε mutauit Cl. Schweighäuſerus, ſed alia, neque ea animaduerſa eſt difficultas in προσπεσων bis paucis lineis poſito, et in προσπεσων ἀπεπεσε.

y) In Apoll. Rhod. 2, 455. offendit Cl. Aug. Matthiae Obſſ. Critt. in Tragicos etc. p. 28. ἀρωγῇ corrigitque ἀνωγῇ, quod non *auxilio*, ſed *iuſſu* Iouis flant Eteſiae. At vocab. ſimpliciter poſitum defendi poſſe püto, verum cum τοιῇδε coniunctum vix bonum edit ſenſum. In Lucani Pharſal. 1, 353. ſſ. locum longiorem, in quo pauca quaedam verba tentauerat Bentleius, corruptum ſtatuit et corrigere auſus eſt de Clercq van Jever Spec. in Luc. Pharſ. p. 35., quod neſcio, quid difficultatis in ſingulis inueniſſet verbis. Difficultas, ſi quae eſt, in ſtructura eſt, quam expediit ex parte etiam Nodell. Not. Crit. p. 134. quanquam non ſatis interpretatus. Senſus: pietas et patriae amor molliunt mentes quanquam eae iam caedibus efferatae erant, et animos tumidos, ſed reuocantur ab hac vel pietate vel lenitate amore ſaeuo armorum et metu ducis.

z) Ex hoc genere eſt Monoſtrophe Eurip. Iphig. Taur. 1234. ſſ. in qua Marklando vix Herculis Encomium magis alienum a propoſito viſum fuiſſet, quam Dianae atque Phoebi laudes. Viri ſagaciſſimi, Muſgrauius in Not. ad l. l. et Iacobſius (Anim. ad Eurip. Lib. I. p. 87.) cenſuerunt huic difficultati occurri, vbi initium carminis ita mutaretur, vt cum

interpunctionis eorum, quae leguntur, ratio facit, quo minus ad percipiendum intelligendumque facilia habeantur *a*); nunc altius latet difficultatis caussa, et vel omni continetur disputationis et orationis, quae cognoscitur, forma atque habitu *b*), vel inde exsistit, quod

cum superioribus magis cohaereret. Atqui in omnino omnino carminis argumento cum fabula parum nexo est, quod obseruauit Marklandus, vitium. Mihi ita videtur. Primum hoc tenendum, quod partim adnotauit Heathius, chorum mulierum Graecarum haec canere, dum exierat Iphigenia, expiationis faciendae caussa. Ergo, dum sacra illa celebrantur, haec decantantur. Est igitur nexus eorum non cum fabula, sed cum sacrorum ratione, quaerendus. Caeterum imitatus est et hic et similibus locis Euripides antiquissimam choricorum carminum naturam; et cum Musgr. putauerim, esse carmen per strophen et antistrophen describendum, in quo alia perssanauit Iacobsius. Eiusdem rationis choricum carmen est in poëtae nostri Helena 1321. ff., quod Heathius ineptum eo loco esse iudicauit, et Musgrauius eo defendit, quod complures caussae esse potuerint, cur chorus Cybelen celebraret. Ita vero nondum efficitur, quod volumus, vt bene adnexum videri possit. At fabula ipsa adeo negligenter composita est, vt nec hoc vitium quomodo excusetur videam. Chorus ipse luminibus multis distinctus placebit, vbi primum integritati restitutus fuerit. V. 1326. f. saltem scribendum: Θηρῶσ᾽ ὅττε ζυγίους Ζεῦξεν θεὰ σατινὰς, vt sit: ὅτε ζευξε σατινας ζυγιους θηρωσα ταν ἁρπασθ. Antistrophicus forte ita restituetur: Λαῶν δὲ φθεῖρε γένη. V. 1337. in πόρους vitium latet non in ἁρπαγὰς, quod vel Aldina lectio πονους monstrat. Num: Δρομαίους δ᾽ ὅτε πολυπλανήτων Ματὴρ ἔπαυσε πόνων, Μαστεύουσα, πόδας, Θυγατρὸς ἁρπαγὰς δ. Eleganter ipsa dicatur ποδας δρομαιους παυσαι πονων. Sed abstineo a reliquis.

a) Leui distinctione iuuandus locus Homeri Iliad. ξ', 35. ita: Οὐδὲ γὰρ, οὐδ᾽ εὐρύς περ ἐὼν, ἐδυνήσατο πάσας Αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν, non potuit littus omnes naues capere, ne quidem cum tam latum esset, *nicht einmal, da es so breit war.* Quod dum non videbat Cl. Matthiae Obss. Crit. p. 32. mutari alterum οὐδ᾽ in ὡς voluit. Etiam in personarum distinctione in dramatis saepe commissum est leue vitium, quod magnam interpreti non animaduersum parit difficultatem. In Soph. Trachin. 431. ff. (438.) verba ὅς — φανεὶς, quae nuncii sunt, (vid. Brunck. ad h. l., qui alios quoque Tragicorum et Comici locos expediit meliori personarum distinctione v. Bibl. Crit. Amst. VIII. p. 37. f.) male tribuerunt (etiam qui recentissimae editioni cum not. Th. Iohnsoni et aliorum, Lond. 1788. II. voll. 8. curatae, praefuerunt) Deianirae. Tam leuis rei ignoratio dici vix potest, quantum et antiquiores et recentiores interpretes (quorum verba a Cl. Höpfnero in Not. ad h. l. exhibita sunt) torserit in verbis Lichae, quae sequuntur, vel emendandis vel explicandis.

b) In Xen. Memor. Socr. IV, 3, 8. primum ab Ernesto (in ed. 5, 1772.)

notatum

quod, qua mente, quo consilio, quo animi affectu, quibus temporibus et modis, ea proposita et scripta sint c), quorum intelligentia vnice ex his, quae dixi, pendet, ignoratur. Iam quo saepius animaduersum mihi

notatum est, Ruhnkenio V. C. monente, CodicemMeerm. suppeditare longius supplementum, quod a Ruhnkenio ipso (p. 236. Not.) *egregium* dicitur, et ab eodem emendatur. Schützius quoque V. Cl. probauit. Verba ipsa recepit in ordinem b. Zeunius: Τὸ δὲ καὶ ἀέρα ἡμῖν ἀφθόνως οὕτω πανταχοῦ διαχῦσαι, οὐ μόνον πρόμαχον καὶ σύντροφον ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πελάγη περᾷν δι' αὐτοῦ καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλος ἀλλαχόθι καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλόμενος πορίζεσθαι, πῶς οὐχ ὑπὲρ λόγον; ἀνέκφραστον. Retinuerunt eadem Edwards, et, qui nuperrime Zeunianam editionem repetitam ornauit Cel. Schneiderus. Iam visi sibi sunt Viri doctissimi non nisi in verbis ἄλλος — στελλόμενος — ἀνέκφραστον difficultatem invenisse. At videat mihi quis primum illa πῶς οὐχ ὑπὲρ λόγον; Socrates vero constituerat ostendere singulis beneficiis commemorandis non, omnem rationem et orationem ea superare, sed deos hominibus prospicere et benignos esse; deinde contempletur omnem disputationis formam, quae in his est, comparetque cum superioribus et sequentibus; concessurum eum esse spero, locum deberi Grammatico siue lectori, qui, cum animaduertisset, aëris vsum inter beneficia diuina non memorari, aliis tamen celebratum, ista confinxerit ad imitationem Xenophonteae dictionis. Ab igni (§. 7.), his omissis, commodissimus erit ad solis beneficia transitus.

c) Sic occurrunt in scriptoribus vett. quae consulto ambigua et obscure scripta sunt, vt in locis carminibusque satyricis. Ex quo genere exempla sunt Pindar. Olymp. 2, 173. (vbi κορος et τι (sic rescripsi) λαλαγῆσαι θελων arctius sunt iungenda et οὐ δικα συναντ. ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρων sic capienda οὐ δίκαιος ἀλλὰ ὑπὸ μάργων ἀνδρῶν scil. profectus, excitatus, quod in συναντόμενος latet) et v. 156. ss. (quae scholiastae monent, ad Bacchylidem et Simonidem pertinere, mihi ad vnum spectare Simonidem videntur, quem constat fuisse aliorum poëtarum aemulum. cf. de Boissy Hist. de Simonide p. 145. ss.); tum Persii Satirae obscuritate sua nobilitatae, vt quarta, quae Neronem spectat. Sed aliorum quoque carminum lyricorum et epigrammaticorum inprimis consilia et rationes saepe non percipiuntur; vnde, in quibus regnat iocus et lusus, ea seria, quae sine omni irrisione scripta sunt, ironica, quae subito, occasione oblata, composita (Impromptus vocant) diuturnae meditationis opera, quae leuioris sunt sensus, ea sublimis rationis esse censuerunt; quae consilii et sensus vel ignoratio vel aberratio plurima obiecit interpretibus impedimenta. In Horat. Od. 2, 2. perperam censuit Cl. Ramlerus (Berl. Monatsschrift, Mai 1790. p. 385. ss., vbi carmen vertit et illustravit) primarium argumentum contineri Proculeii laude, qui tamen non nisi exempli causa affertur, et Od. 4. eiusdem libri idem Vir doctiss. (Berl. Monatsschrift, Octob. 1790. p. 289. ss.) ironiam in oratione iocante inuenisse sibi visus est; vnde omnis interpretatio carminum istorum contorta exstitit. Id quoque sensus diligente lectione excitatus monstrabit.

mihi eſt, vel alios vel me ipſum ita erraſſe, vt, in quibus verbis et rationibus loci cuiusdam minime ineſſet difficultas, quaereremus, omiſſis illis, vnde vere exoritur: eo magis hoc commendandum eſt interpreti, ſiue ore ſiue ſcripto explicet auctores antiquos, vt et ipſe inquirat ſubtiliter in cauſas obſcuritatis difficultatisue loci, et alios facile iudicare de ea doceat. Meminerint vero etiam iuniores vett. ſcriptt. commentatores, qui nunc multi exſtant, non corradendis omnium Grammaticorum obſeruationibus et illuſtrandis ſingulis verbis aut laudem parari aut vtilitatem, ſi, vbi ad ea peruentum eſt, quae interpretis opera egent, ne viderimus quidem, quid declarandum ſit. Sed quomodo ab interprete efficiendum ſit, vt promto ſubtilique iudicio inueniatur id, quod laborat vlla quadam difficultate, id nec ipſum adeo facile expediri poteſt. Tenenda tamen haec inprimis putaui. Scilicet interpretem oportet, vbi ipſe, loco ſubtiliter examinato, vere perſpexerit eius difficultatem, id quod male ipſum aliosue habuit, cum cauſſis, non tantum grammaticis, ſed reliquis etiam, et modo, quo id repererit, indicare, allatis interdum et perpenſis aliorum interpretum rationibus, qui vel nullam vel non eam, quae eſt, viderunt difficultatem. Nonnunquam vero etiam conueniet, omnia ea exponere, quae ad iudicandum de loci obſcura aut peruerſa ratione valent, naturam ſententiae et dictionis, ſeriem omnis orationis, ſcriptoris conſilium, et reliqua, quae eo faciunt, vt in eius nos cogitandi, ſentiendi et dicendi modum omnemue cauſam et ſermonem, penitus inſinuemus. Sic enim partim exiſtet iudicium ſubtile de eo, quem tractat, loco apud lectores, partim, vbi crebrius idem repetitum fuerit, facilitas quaedam ſentiendi, quae difficilia ſint et laborent, exorietur. Quod ſi ipſe per multas ambages diuque quaerendo ad detegendum id, quo vno impediatur facilis intelligentia, ſiue in re, ſiue in verbis, ſiue in eorum ſtructura, coniunctione, diſtinctione et vbicunque tandem lateat, peruenerit, non putabit per easdem ambages examinisque anfractus ducendum eſſe lectorem, vbi paratior via patuerit et ad ſenſum conſequendum

 melior;

melior; nec in illis, quas antea dixi, difficultatis inueniendae rationibus afferendis non videbit, vt ea eligat, iis vtatur, quae ad sensum huius rei quoque loco excitandum et acuendum maxime valere ipse intellexerit, abstinebitque saepius ab iis, quae vel communia sint omnibus locis difficilioribus et vulgaria, vel ad eum certe, quem persequitur, locum minime pertineant. Et cum alia exempla eius, quam dicimus, rei, antea ad marginem proposuerim: non nisi tria hic, speciminis causa, legantur, quorum difficultas oritur vnice ex auctoris consilio reliquisque rebus non satis perspicuis. In Meleagr. Carm. 17. (ed. Mansoni, carm. 45. ed. Brunk. et Meinek. apud Klotz. in Strat. Epigr. p. 64.), vbi interpres animaduerterit omnes imagines a nauigatione repetitas esse, sentiet difficultatem aliquam obiicere κώμοις, quod ex alio genere est. Bene admonuit Cl. *Manso*, in his expediendis Meinekio plerumque felicior, poëtam, ex comessatione nocturna, tempestatibus hibernis infesta, ad Myiscum se recipere. Quod nisi (ob postrema verba) satisfecerit, poterat etiam leuissima mutatione vox restitui ad nauigationis allegoriam faciens:

Χειμέριον μὲν πνεῦμα· φέρει δ' ἐπί σοι με, Μυΐσκε,
'Αρπαστὸν ΚΩΠΑΙΣ ὁ γλυκύδακρυς Ἔρως·
Κυμαίνει δὲ βαρὺ πνεύσας Πόθος· ἀλλά μ' ἐς ὅρμον
Δέξαι, τὸν ναύτην Κύπριδος ἐν πελάγει.

Κώπαις non cum ἁρπαστὸν, sed cum φέρει iungo. Longe difficilius est, quod Anthologiae Meleagri finem imponit carmen (128. Mans., 129. Brunk. et Meinek.) inprimis in vltima parte. Non omnino consilium auctoris patet; illud intelligitur, eum loquentem introducere κορώνιδα *vltimam* (non κορωνίδα in vniuersum; hinc v. 7. dicitur οὖλα καμφθεῖσα, quae est prorsus incuruata, id quod fiebat in fine librorum), quae dicat et, finem nunc factum esse Anthologiae Meleagricae, et, celeberrimam eam fore. Verba vltima

Οὖλα δ' ἐγὼ καμφθεῖσα δρακοντείοισιν ἀώτοις
Σύνθρονος ἵδρυμαι τέρμασιν εὐμαθίας

probabiliter coniecit Cl. Manso spectare ad nobilissimam Iliadis recensionem intestinis draconis inscriptam, sed, dum explicuit verba,

non

non videtur, in quo maxima difficultas est, monuisse. Scilicet, vt concedam, δρακοντείους ἀώτους dici de opere praestantissimo draconis intestinis commisso posse, tamen quod ipsa κορωνις dicitur σύνθρονος τέρμασιν εὐμαθίας, δρακοντείοις ἀώτοις, ἵδρυσθαι, non satis perspicio. Mihi vero omne carmen elegantia Meleagri indignum et serius adiectum esse videtur eius Anthologiae. Nam serioris Grammatici eruditionem non dedecet ista obscuritas. In Ciceronis Epp. ad Trebatium vna (ep. 16. lib. 7.) non modo id difficultatem parit, quod occurrunt, quae vel ex poëtae fabula vel ex epistola Trebatii ad Ciceronem missa ducta videri possunt, sed et hoc, quod, quo animo singula, quoque tempore scripta sint, non satis patet. Earum difficultatum aliquam partem vidit et expediuit Cl. Benedictus, qui nuper Epp. octo priores libros Cic. recensuit et criticis notis illustrauit. Interpreti hoc puto faciendum esse, vt primum, quae necessitudo inter Trebatium atque Ciceronem, quae conditio Trebatii hactenus fuerit, declaret, tum vt tempus epistolae scriptae diuinet; nam maximam difficultatem obiicit, quod de Britannico itinere commemorauit, collatis iis, quae ep. 17. extrema leguntur. Equidem coniicio, epistolam serius hac, et quidem post secundam Britannicam Caesaris expeditionem esse scriptam, cui fortassis Trebatius interfuerit, et vnde Romani nil nisi seruos aliquot reportarunt (vnde Φιλοκτήτης audire potuit). Iam, vt vel hoc in interprete laudandum est, vbi et ipse acute videt, quae difficilia aut parum recta sunt, et alios facile sentire docet, etiamsi, qua ratione difficultati occurratur vitiumue tollatur, ostendere non valeat d): ita magis etiam probabitur,

 si,

d) Saepe vero etiam praestat, fateri, te modum obscuritatis et difficultatis tollendae non inuenire, quam temere multa, quae inepta esse statim appareat, proferre. Interdum variarum coniecturarum aut explicationum examinatio excitare veritatis sensum potest. Placet repetere, quae Hemsterhusium instituisse Ruhnkenius scripsit (Elog. p. 57. s.): „Vbi (adolescentes sagacioris indolis) linguae scientiam et pulcri sensum sibi probassent, in scriptore, ad talis aetatis captum accommodato, locum demonstrabat, qui vitium haberet nemini animaduersum, idque inuestigare iubebat. Reperta corruptela, quam reperire interdum difficilius est, quam corruptis mederi, praesertim vbi mendosa scriptura tolerabilem nec a re abhorrentem sensum efficiat; sed reperta corruptela, lene

si et ipse subtiliter iudicat, quid melius constituendum, quid corrigendum, sit, et alios ad facilem eius rei sensum adducit. Iam vero vel criticae artis ope, vel rectae interpretationis singulorum et iunctorum verborum, sententiarum quoque et sensorum, peritia efficietur, vt, si quae est loci obscuritas prauitasque, ea tollatur, saltem minuatur, et, vbi saepe ista praesidia intelligentiae auctorum ad sensum veri et recti accommodate tractata fuerint, existet tandem illa, quam commendamus, promti iudicii subtilitas et felicitas. Et in criticae quidem artis vsu peritus interpres prouidebit, vt primum facile sentiant, quae interpolata sint et a Grammaticis librariisue adiecta siue verba siue loca integra, deinde percipiant, vbi desint aut sententiae aut verba ad mentem scriptoris, tum iudicent subtiliter, vbi, verbis versibusque transpositis confusa sit et perturbata oratio scriptoris, porro intelligant sponte, quae verba atque vocabula et cur ea a librariis permutata, quomodo litterarum adiectione et omissione, syllabarum coniunctione et disiunctione aliisque modis peccatum sit, feliciter etiam inueniant interpunctionis et distinctionis verae rationem, denique bene videant numerorum et versuum restituendorum modos, et in his omnibus discant facilia et leuia praeferre recto sensu longius repetitis et audacter sumtis *e*); in hermeneuticae artis vsu curabit, vt, quam vim verba et ex significatione, et ex sensu, cuius nemo ignorat magnum saepe discrimen esse, et ex consilio scriptoris habeant, quae sint orationis lumina et quomodo ad notiones planas reuocanda, qui sententiarum et dictorum nexus, et, quae reliqua ad locorum singulorum certam intelligentiam faciant, iudicio subtili exquirere mature lectores consuescant. Verum haec cum iis, quae ad sensum veritatis sententiarum et pulcritudinis dictorum acuendum et iudicium subtile de scriptis ipsis formandum opera interpretis pertinent, cum praesidiis eius rei et modis et legibus et exemplis, deinceps persequetur altera Commentatio, cuius vltima pars de monumentis et operibus antiquis critice et exegetice, ad sensum veri et pulcri, tractandis disputabit.

lene et blandum ab ingenio remedium postulabat. In quo, vt eos, qui nullum dum Critices vsum haberent, subleuaret, ipse interdum vias quasdam, quae ferre ad verum inueniendum possent, indicabat."

e) Vid. Sam. Battierius in Praelect. de iis, ad quae potissimum attendi debeat, vt quis in antiquis Graecorum scriptis non solum loca corrupta deprehendere, sed et eadem, si vllo modo id fieri possit, emendare valeat, in Mus. Helv. T. IV. P. XIII. p. 1. ss. quam Praelectionem cum Canteri Syntagm. de ratione emendand. Scriptt. vett. similibusque libellis, et meis obseruationibus, repeti nostris formulis iubebo.

COMMENTATIO SECVNDA
DE
SENSV CRITICO ET EXEGETICO
PER
INTERPRETATIONEM IPSAM EXCITANDO ACVENDOQVE

§. 6.

Vna ſaepe omnis, ſi quae eſt, locorum et verborum difficultatis tollendae, eaque optima, ratio et ars eſſe reperitur in eius criticae facultatis vſu, quae genuina a ſpuriis, ſana a corruptis, recte ſcripta a perperam exaratis, manca ab integris, facile diſcernit, quamque vt diuina ingenii vis, linguae copiis et exercitationis praeſidio adiuta, gignit et profert, ita grauis ſenſus et iudicii ſubtilitas reget atque moderabitur. Quemadmodum enim qui vel manu vel arte corporibus aegris medentur, quae ſunt aptiſſima et facillima et paratiſſima remedia, non dubitant et vel tenentur difficilioribus et longius quaeſitis et parum efficacibus praeferre: ſic ſenſus recti acutique virtus efficiat neceſſe eſt, vt Criticus eam locis ſcriptorum deſperatis adhibeat medelam, quae ſit et leniſſima *a*) et conuenientiſſima. Id quod ſaepius

a) In Apoll. Rhod. 3, 115. cum olim ſcriberetur — χειρὸς ἀγοστῷ, Hemſterhuſ. ad Lucian. P. I. p. 211. in antecedd. pro πάμπαν ἐνίπλεον malebat κόλπον ἐ. Sed multo facilius erat, illis ſeruatis ἀγοστῷ in ἀγοστὸν mutare, quod Brunckio V. C.

quatuor

ſaepius praeceptum quam ſeruatum eſſe animaduertimus, nec vniverſe praeceptis vllis comprehendi poteſt. Scriptorum igitur veterum interpretis prudentia proſpiciet, vt tractandis pluribus locis lectores et ſubtiliter et facile iudicare diſcant, num, quae leguntur, verba a ſcriptore profecta ſint nec ne, et quo emendationis genere loco reſtituenda ſua ſit integritas, ſuus ſenſus. Quae quidem iudicii ſubtilitas duplici ratione excitari poterit et acui, vel ita, vt examinata aut ſententiae, quae verbis ineſt, aut orationis natura aut diſputationis nexu, aut interpretum commentis expoſitis ſentiatur, hanc vim et naturam dictorum eo, quo habentur, loco ferri nullo modo poſſe, vel ita, vt paucis indicata lectionis vulgaris vanitate, aut via et ratio verioris et certioris inueniendae monſtretur ſic, vt eam facile quisque conſtituat, aut propoſitum iudicium de loci correctione ſic exponatur, vt, qui non omni careat ſentiendi facultate, eius veritatem et grauitatem ſuo ipſe ſenſu cognoſcat et experiatur. Iam vero *primum omnium* illud animaduertendum eſt, ſcriptis antiquorum, inprimisque praeſtantiſſimorum auctorum et ſententias et verſus et loca et verba atque vocabula cum antiquitus tum ſeriori aetate multa inſerta eſſe, non pauca interpolata, variis de cauſis; quae fraudes non detectae aut ne ſuſpectae quidem dici non poteſt, quantum difficultatis et impedimenti lectoribus ac interpretibus obiecerint. Cenſui vero harum interpolationum genera conſtitui poſſe quinque. Primum enim antiquitus iam factum eſt, vel ante Alexandrina tempora vel certe illa aetate, qua Grammatices et philoſophiae ſtudia Alexandriae floruerunt, vel Auguſteo ſaeculo, vt aut

quatuor Codd. exhibuerunt. In Propert. El. 1, 11, 21. vulgaris quidem lectio ferri nequit, ob male poſitam particulam negandi:

Aut mihi *non* maior carae cuſtodia matris
Aut ſine te vitae cura ſit vlla meae?

Sed ingrata eſt repetitio τȣ̃ *ſit*, ſi hoc pro *non* ponitur cum ed. Lipſ. et plura mutari voluerunt Burmann. et Nodell. Obſſ. Crit. p. 67. qui vel contra numeri leges peccat, dum reponit: Nam mihi num maior — Immo ſcribe: An mihi *nunc* maior; nunc idem eſt ac mox *ſine te*. Non et nunc et alibi inter ſe permutantur. v. Heuſinger. ad Cic. Off. 3, 31, 2.

aut consulto insererentur quaedam carminibus et libris scriptorum antiquorum, quo opinionum nonnullarum aut dictorum nouitas auctoritate antiquiore commendaretur, aut temere ingenium in augendis scriptorum libris et locis exerceretur. Et in Homeri quidem carmina eam rhapsodorum licentiam grassatam esse satis constat *b*). Idem in iis puto euenisse poetarum antiquorum carminibus, quae rhapsodi Socratis aetate interpretabantur, vt Hesiodi atque Archilochi *c*). Sed Aristotelis libros mature interpolando corruptos esse vel ab iis, qui quae deessent in autographis philosophi ex ingenio supplerent *d*), vel ab iis, qui Peripateticae familiae principi decreta seriorum temporum obtruderent *e*). Nec seriorum scriptorum libros intactos reliquit mala istorum hominum sedulitas *f*), ita, vt, si vel de explicatione multorum locorum vel de vsu eorum in vlla quadam aut historiae aut philosophiae parte quaeratur, videndum primo sit, numne loci illi genuini sint. Ciceronis quoque scripta vel a Tirone (qui ea correxisse traditur Gell. Noct. Att. 1, 7. 15, 6.) vel ab aliis antiquitus interpolata esse suspicor, ita vt non improbabilis eorum videatur coniectura, qui insignem codicum varietatem a diuersis repetant editionibus antiquioribus. Neque dubito, quin idem euenerit aliis scriptorum Augustei aeui libris *g*), ita

 vt

b) Vid. quae collegit V. Ill. Harlesius ad Fabr. Bibl. graec. T. I. p. 358. s. 371. et Cl. Köppen über Homers Leben und Gesänge p. 440. ss.

c) v. Platonis Ion. p. 16. s. ed. Müller. De Hippocratis scriptis ab editore primo interpolatis Galeni iudicium est apud Villoison. Anecd. T. II. p. 136. s. Histriones in Trag. et Com. versus interpolasse docet Valck. ad Eur. Phoen. p. 432. s.

d) v. Cl. Buhle de diuisione libror. Aristot. in acroamat. et exoter. Epimetro II. idemque in Bibl. Vet. Litt. et Art. Part. IV. p. 41. s.

e) Neque tamen hoc eo valet, vt, quaecunque obscura aut inter se non conuenientia repererimus, tribuamus interpolatorum studio, quam, parum veram, rationem constat nonnullis se probasse *in scriptis et commentis antiquiorum* ecclesiae doctorum diiudicandis.

f) Ita Diogenis Laertii libros de vitis philosoph. plenos esse locis antiquitus iam insertis post Menagium iudicauit Ignat. Rossius Commentatt. Laertian. p. 21. ss. 95. 198.

g) Neque enim videtur seruata esse Augusti Imp. lex Grammaticis scripta, de qua exponitur in Schol. Cod. Brunckiani Virg. Aeneid. 2, 566.

vt versus et loci in omnibus codicibus hactenus collatis legi possint, qui tamen auctoribus, quibus tribuuntur, sint indigni. Sic recte iudicauit Brunckius V. C. melius versus Virg. Aeneid. III, v. 340. et 341. absfore ab hoc carmine, quae quidem interpolatio omnibus nostris libris antiquior esse videtur. Consentiunt etiam Critici sagacissimi in eo, quod in Aen. XI, versus 852. qui tantum non sine omni varietate legitur in Codd. interpolatoris redolet manum *h*). Quae fraudes, sensum et pulcritudinem omnem tollentes, vt detegantur, quo minus aliis criticis praesidiis efficitur, eo magis acuenda erit iudicii promti subtilitas, cuius summa est in hoc genere vis. Acuetur vero subigendis examinando locis suspectis et spuriis, ita vt vis eorum et per se et per nexum dictorum, atque ratio et consuetudo scriptorum, ad quos referuntur, accurate spectetur. Saepe enim eae interpolationes facile se produnt, saepius ita latent obtectae, vt inuestigare eas atque deprehendere difficilius sit. Neque enim, qui talia finxerunt, ita ignari fuerunt manus scriptoris cuiusuis, quin eam imitarentur. Ab hoc genere prope abesse vidi *alterum* interpolationis genus, quod iis tribuo Grammaticis, quibus vel deesse quaedam vel emendatione et declaratione loca egere videbantur. Nam carminibus et aliis scriptis interdum adiecerunt aut exordia aut epilogos, inprimis quando decerptas maioris operis particulas separatim ediderunt et illustrarunt *i*). De decem quidem primis Operum atque Dierum Hesiodi versibus, et quatuor primi libri Aeneidos res confecta est, de prooemio Theogoniae magis dubitatur (v. Cel. *Wolfium* in edit. Hes. Theog. p. 58. et Ill. *Heynii* Ep. ad Wolfium p. 144.) vtrum integrum an ex parte confictum sit. Prooemium Characterum Theophrasti suspectum certe cuique videbitur, qui, quae Cl. *Sonntagius* meus (a. 1786.) singulari libello contra illud protulit, cogno-

h) Nescio an omnibus persuasurus sim in Propert Eleg. II, 20. totum distichon v. 26. f. (Multum in amore fides, multum constantia prodest, Qui dare multa potest, multa et amare potest) certe vltimum versiculum spurium esse.

i) v. Schol. Pindar. Nem. 2. et Cleric. ad Hesiod. Op. et D. v. 1.

cognouerit. Nec epilogi Metamorphoseon Ouidii et Georgicorum Virgilii probari Criticorum sagacissimo sensui potuerunt (v. Heyn. T. I. ed. Virg. p. 546. s.) quanquam vel iis adfuit patronus, *Vossius* (in not. ad vers. germ. Georg.) qui nescio, vtrum sensui magis elegantissimo, quo pollet, an aliis rationibus eo loco paruerit. In Hor. Epist. 1, 10. vltimi duo versus:

Haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae
Excepto, quod non simul esses, caetera laetus;

adeo a numeris Horatianis recedunt, et, vt quod sentio fatear, insulsi sunt, vt vix ab alio, quam ab homine profectos putem, qui, quod vulgo litteris additur loci nomen vbi scriptae sunt, nec hic illud deesse voluit. In elegantissimo Consolationis ad Liuiam Aug. fine nihil desiderassem, si tria vltima disticha abessent, sed fieri potuit, vt poeta ipse adderet ea, quibus praecedentium vim et grauitatem minueret. Paullo certius affirmare ausim vltimum Cyropaediae Xenophontiae caput, quo auctor in Persarum seriorum mores deprauatos inuehitur, esse pannum e variis locis contextum, consilio ipsius operis parum accommodatum. Quod cum mihi subtilius et rationibus grammaticis quoque vso disputare non liceat, rogo vt, quibus acutius est harum rerum iudicium, vel sectionem 27. eius Capitis (8. lib. 8.) examinent ipsi, et comparent, quae de postremo Memorabilium Socratis capite tam ingeniose nuper disseruit Cel. *Schneiderus*. Sed alii veterum scriptorum iudices persuadeant sibi, non esse prius partem operum classicorum auctorum vllam vituperandam, quam, eam genuinam esse, certo constiterit. Multo autem frequentius accidit, vt in media oratione aut carmine scriptoris putarent Grammatici ad integritatem vel perspicuitatem necessaria esse et adderent, quae vel in omnes, quibus vtimur, codices, vel in plerosque immigrarunt. Praeclare nuper *Wolfius* in Comm. ad Demosth. Orat. Leptin. p. 345. monuit orationibus graecorum oratorum plurimos intextos esse pannos, quos vel non detexerint vel detectos patienter tulerint editores, maluerintque saepe emendare verba

 singu-

ſingula, quam vna omnia litura delere. Neque alia fuit ſcriptorum principis Latinorum oratorum ſors *k*). Experti eandem ſunt Hiſtoricorum Commentarii. In Thucyd. 1, 6. extr. ubi Meurſius et Hudſonus hiſtoricis argumentis moti negandi particulam deleri iuſſerant, fruſtra tuente vulgatam lectionem *Bauero*, V. Cl. cum etiam ἐπειδὴ non ſatis bene ſit poſitum, aſſentior Ill. *Eberto*, qui nuper (in Additam. ad Leſſingii Collectanea T. I. p. 496.) cenſuit omnem locum *καὶ ȣ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται* ab aliena manu eſſe inſertum *l*). In Liuii Hiſt. Lib. 4. c. 25. §. 11. non explicanda erant verba *aut patricios habendos fuiſſe, tribunos plebi*, ſed delenda, quae ad declarandam praecedentium verborum vim erant inſerta. Frequentiſſima fuit verſuum integrorum in carminibus, Latinis maxime, interpolatio vel ibi, vbi Grammaticus diſtichon aut verſum mancum inueniſſet, vel vbi deeſſe aut verſum aut diſtichon ipſe iudicaret, quacunque demum de cauſa *m*). In Catulli Elegia ad Manlium nuper a Cl. *Santenio* egregie curata habetur hic Pentameter hexametro ſuo deſtitutus (v. 48.)

Noteſcatque magis mortuus atque magis.

Cui

k) Detexit eius generis nonnulla b. *Erneſtus*, reſtant adhuc non pauca, in quibus examinandis erit quoque concinnitatis et numeri orationis ratio habenda. In Cicer. Orat. Verr. 3, 94. verba: et ſi hoc licere, *pecuniam iſto nomine capi*, iudicatis; quae Batauo Critico ſuſpecta erant, defendi ita poſſe video, vt orator ea addidiſſe maioris perſpicuitatis cauſa dicatur, et ne nimis cito ſequatur *τὸ hoc*, quod iam bis poſuerat. In Cic. autem Epp. 5, 12, 14. verba *ſcripto, tuo ſcriptore, te ſcriptore*, quae inſeruntur (v. Cl. Benedict. in Not. ad h. l.) gloſſatori debentur. Concinnitas poſtulat, in legendo, vt antea fuerat, in ſcribendo.

l) Aliud exemplum eſt apud Herodot. Hiſt. 5, 9., vbi v. Valck. et Weſſ. p. 375.

m) Perſecuti ſunt varias interpolationum cauſas b. *Schraderus* Emendd. Lib. cap. X. ſſ. et Cl. *Wolfius* p. 54. ſ. Not. ad Heſiod. Theogon. De verſibus autem ſuppletis v. Euſtath. ad Il. N, p. 957. Compar. Brunck. ad Soph. Antig. 1166. Nonnunquam ad ſenſus integritatem deeſſe quaedam rati inſeruerunt, quae vel conſilio poëtae et probabilitati repugnarent. Ita cum Brunckio iudico ſtatuendum eſſe de duobus verſibus Soph. Philoct. 1465. quos, cum euentum memorent, quod Philoctetae innoteſcere non potuerat et contra omnem veriſimilitudi-

Cui praemittitur in multis Codd. hic versiculus, qui Senecam auctorem habere dicitur:

Omnibus et triuiis vulgetur fabula passim;

in aliis Codd. et edd. habetur hic:

Omnibus inque locis celebretur fama sepulti;

neuter poëta dignus. Mihi Pentameter ipse spurius esse videtur, ortus e Grammatici declarantis superiora commento. Adeo ille languet, in hac certe sede; adeo bene cohaerent omnia, eo eiecto. In Ouidii Metam. XI, qui versus 566. s. eiicit, Schradero Emendd. p. 213. facile adsentior. Nam quamquam Ouidii nimia vbertas saepe nos incertos reddit, num, quae desiderari recte poterant, aut melius absutura erant, ipsi debeantur an librariis: tamen his versibus

Dum natat, absentem, quoties sinit hiscere fluctus,
Nominat Halcyonem, ipsisque inmurmurat vndis,

adeo ieiune repetuntur, quae v. 562. f. exquisitius dicta fuerant, vt vix dormienti excidere potuerint. In Virgil. Aen. VI, post v. 241. in Cod. Med. et aliis praestantioribus versus ad marginem adscriptus fuit, nominis interpretandi caussa, qui deinde in texta reliquorum codd. et nostrarum edd. migrauit *n*). Factum vero etiam est aliis locis, vt nominum propriorum etymologiam et significationem

litudinem ab ipso referebatur, Ille sensit eiiciendos esse. Cf. inprimis Heyn. ad Virg. Aen. IV, 256.

n) Addita etiam interdum, illustrationis causa, sunt propria nomina, vbi scriptor ea recte omiserat. Hinc in Soph. Antig. 155. s. (161. s. Iohns.) orta et in textum illata sunt verba χώρας Κρέων ὁ Μενοικέως, et inde nouus isque mancus constitutus est versus, quem, ab Heath. male suppletum rectius Brunckius sustulit. Nam vel metro non repugnante, sensus hic docebat inepte addi Κρέων ὁ Μενοικέως, scilicet ignorabant, νεοχμὸν βασιλέα esse Creontem. Pronominibus quoque a Grammaticis sunt addita nomina. v. Valck. ad Herod. p. 424. et Schol. Thuc. in Duckeri Prolegg. p. 32. et Ducker. ipse p. 469, 32. Interdum etiam ex interpretatione vocabuli enati sunt noui versus, cuius generis duo exempla attulit doctiss. Auctor Adpend. ad Toup. Emendd. in Suid. ed. nouiss. T. IV. p. 478. alterum Eurip. Suppl. 903. (905. δεινὸς σοφιστὴς κ. τ. λ. vbi δεινὸς ad λαμπρὸς adscriptum peperit nouum versum) alterum Aeschyl. Agam. 7. Plura habet Cel. Ruhnken. Ep. Cr. I. p. 5. 54. ss.

nem verſu ficto et addito comprehenderent Grammatici, quod metuo ne valeat de omnibus bonorum ſcriptorum locis, vbi nunc inficeta nominum originatio reprehenditur, etſi non ignoro, eos interdum ad compoſitionem et vim propriorum nominum reſpexiſſe *o*). Sed alia in hoc genere Tragicis Epicisque et aliis poetis et ſcriptoribus ſeuerioribus, alia Comicis permiſſa erant. Neque etiam hoc mirum eſt, Grammaticos aliosue homines, quibus arctior erat cum ſcriptoribus quibusdam conſuetudo ita vt in omnem eius dicendi rationem ſe inſinuarent, haberentque omnes ſententias formulasue eius in promtu, imprimis eas, quibus ſaepius vſus fuiſſet, has repeterent iis etiam locis, vbi minime aut deſiderari aut locum habere poterant *p*). Quod quidem acrioris iudicii ſeueritas facillime animaduertet, vbi, quam apta loco formula aut ſententia ſit, diligenter examinauerit. Vbi vero bis edidiſſet poeta aliusue ſcriptor librum, omiſiſſetque in altera, quae in priori editione parum recte ſcripſerat, iidem Grammatici, ne quid libri integritati deeſſet, repetierunt et vel alieno loco intulerunt, quae ſcriptor ipſe abeſſe vellet *q*). Denique non defuit ipſorum opera iis emendandis ſcilicet, quae non

o) v. Valckenar. ad Eurip. Phoen. 639. Non nego, ſectatos eſſe optimos etiam poetas nominum propriorum origines (vt praeter Euripidem Aeſchylus Prom. 854. ſſ. quem locum Valck. emaculauit, cf. Mauſſac. Diſſ. de Crit. p. 384.) ſed cum quadam prudentia. Grammatici vett. multo frequentius ad etymologiam nominum alludi ſibi perſuaſerunt, quam verum eſt. v. Brunck. ad Sophocl. Philoct. 527. Ad illud errorum genus refero duos verſiculos Virgilii, quos non facile perſuaderi mihi ſinam, genuinos eſſe; adeo redolent Grammatici docti interpolantem manum, et orationis decurſum impediunt (Aeneid. 1, 367. ſ.):

Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Cf. Intpp. ad Aen. 6, 241. Ruhnken. Ep. Cr. I. p. 22.

p) Qui in Eurip. Androm. verſui ſexto: Νῦν δ', εἴτις ἄλλη, δυστυχεστάτη γυνὴ ſubiecit ieiunum hunc (mutato εἴτις in οὔτις) ἐμοῦ πέφυκεν, ἢ γενήσεται ποτε, meminerat ſe eius generis plura in Euripide et Tragicis legiſſe. Idem fons fuit interpolationum quarundam Euangeliorum et Epiſtolarum Paullinarum.

q) Vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. 664. aliisque locis.

non intellexiſſent, et iuuandis, quae laborare ſibi perſuaſiſſent *r*). De his Grammaticorum additamentis eo curioſius cuique interpreti eſt quaerendum, ne in explicatione eorum operam et doctrinam fruſtra conſumat. Dum vero vel interpres auctorum veterum vel lector diligens ſenſu ſuo ad quandam harum fraudum ſuſpicionem adducitur, omnia obuerſentur animo ipſius neceſſe eſt, quae hic quaeri poſſint, ſcriptoris ingenium, vſus, conſilium, orationis nexus, dictorum vis et alia, quae ad cuiusque loci propriam et ſingularem naturam recte percipiendam valent, ne, quae proba ſint, eiiciat *s*), donec ita diuturna horum ſtudiorum exercitatione confirmatum eius fuerit iudicium, vt facilius dignoſcat genuina a ſpuriis. Vbi autem apud alios idem excitare iudicium et acuere velit, non licebit prius deſiſtere a locorum ſpuriorum examine iuſto, quam fraudes earumque origines clariſſime patuerint, niſi forte ita eae parum lateant, vt vel monſtratae a quouis deprehendantur. *Tertius* isque vberrimus interpolationis ſcriptorum fons ex eo quaſi capite promanauit, quod Grammatici ad margines codicum ſcriptorum quaedam adnotarant, non eo conſilio, vt in ipſam orationem intruderentur, ſed vt admonitioni cuidam aut explicationi in gratiam vel tironum, qui inſtituerentur, vel aliorum lectorum inſeruirent. Iſta vero ſeriores librarii, vel ſtupore occaecati, vel ſuperſtitione ducti

r) In Soph. Antig. 106. cum legeretur τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν, vt metro conſuleret, inferſit Triclinius πρὶν. Reſtituit Brunck. ἐξ Ἀργόθεν. In mentem hic venit alius loci Thucyd. p. 366, 57. ed. Duck., vbi ἐκ τȣ̃ Ἄργȣς αὐτόθεν legitur, ſed delenda ſunt verba ἐκ τȣ̃ Ἄργȣς, vt interpretamentum. — In Aeſch. Prom. 133. adiectum μυχὸν, quod non putarent dici recte διήκειν ἄντρων. Inprimis frequenter particulae copulandi aliaeque contra omnem ſenſum adiectae ſunt, vt Cic. Epp. 5, 20, 8., *ſed* ante praedes, §. 16. *cum* ante parentheſin. In Theophr. Char. 23, 4. καὶ ante ποιῆσαι delendum. In ſcriptoribus ſoluta oratione vſis etiam latius graſſari potuit ea Grammaticorum licentia. v. Daweſ. M. Crit. p. 81. Inprimis multa ſupplementi cauſa addita ſunt in iis, qui breuius ſcripſiſſent, vt Salluſtio. In Liv. 10, 7. bene nuper V. D. in Magazin für Schulen II. 450. indicauit *duces* poſt numerarentur deberi librario.

s) Exempla quaedam ſummi Critici habent Schrader. Emendd. p. 192. ſ. Ruhnken. Ep. Cr. I. p. 18. Nollem verſum vltimum Ecl. VII. Virg. notatum eſſe.

ducti, in ordinem receperunt. Equidem obseruaui, triplex inde errorum genus ductum esse. Aut enim versus integros, inprimis sententiam quandam commodam continentes, adscripserunt *t*), nonnunquam etiam monita iis contraria, quae in scriptore habentur, aut ex superioribus verbis quaedam, quae facile intelligerentur, perspicuitatis iuuandae causa ei loco addiderunt vel verba vel dicta, vbi ad sensum deessent *v*), interdum etiam praecedentibus adiecerunt, quae inferius recte legantur *x*), aut verbum et vocabulum difficilius, quod in oratione scriptoris occurreret, faciliori vel inter lineas vel ad marginem explicuerunt, quod deinde in texta migrauit vel ita vt genuinam inde et veram expelleret vocem *y*) vel ita, vt cum vera lectione eodem loco coniungeretur *z*), vel ita, vt in alienum,

t) v. omnino Brunck. ad Aristoph. Plut. 805., vbi ad marginem adscriptus versiculus: οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι, in texta venerat. Cf. idem ad Eur. Mede. 470.

v) In Vellei. Pat. 2, 92., vbi vulgo erat: vetere consulum more *ac seueritate*, duo postrema e praecedentibus male sunt repetita. Saepe ita glossematis additur particula *ac*. v. Drakenborch. ad Liu. 4, 55, 5., vt in Graecis καὶ (Fischer. ad Aesch. 3, 12, 15.) In Antonini Lib. Metam. fab. 8. p. 56. ed. Verheyck. alterum τὸ θηρίον haud dubie spurium est. Alia exempla talium repetitionum congessit Abresch. Auct. Diluc. Thucyd. p. 425. Cauendum tamen, ne quaeuis vocabula et verba repetita pro spuriis habeamus, cum scriptores ipsi vel perspicuitatis vel vbertatis causa nonnunquam quaedam non dubitauerint repetere, interdum vel sine virtute quadam, vt Liu. 5, 21, 8. Ergo et hic subtiliori opus erit iudicio de cuiusuis scriptoris vsu.

x) In Xen. Cyrop. 8, 7, 4. si vel omnes codd. haberent ἔδοξεν ἡδέως ἀναπαύσασθαι, tamen suus quemque sensus doceret, ἡδέως male hic e sequentibus petitum legi.

y) Sic pro κακοῦ γνώμην Soph. Elect. 546. in nonnullis codd. est glossema κακοτρόπου, quod vel Brunckium olim ita fefellit, vt reciperet (a. 1779). Sed nuper restituit suae sedi veram lectionem. Cf. idem V. doctiss. ad Philoct. 711. Burgessius Append. ad Dawes. p. 359. ss. Wesseling. diss. Herod. p. 40. s. Intpp. Aesch. Prom. 966. In Thucyd. animaduerti vocabula quibus Schol. vtitur ad explicanda Historici verba, in nonnullis codd. in textu legi. vid. p. 177, 84. 204, 35. 283, 79. 289, 20. ed. Duckeri.

z) Soph. Antig. 628. in codd. et Ald. τῆς μελλογάμου νύμφης τάλιδος, vbi v. Brunck. add. Pierson. Verisim. p. 232. Wolf. ad Demosth. Or. Lept. p. 353. In Liuii 3, 44, 4. codd. multi: in fraudem inducere pellicere, ad q. l. alia collegit Drackenborch.

num, a glossa aliquanto remotum locum inferretur eius explicatio *a*). Iam etsi interdum proditur huius generis interpolatio vel codicum optimorum auctoritate, vel aliis modis *b*) et signis: tamen multo plus valebit iudicii seueri et probe omnia ponderantis atque sensus boni vsu diuturno confirmati, subtilitas. Quae quidem, vt exigendis talibus locis ad normam bene scribendi, ad morem scriptoris cuiusuis, ad ea quae sententiae vis postulat, acuetur: ita cognitione et examine rationis, qua summi Critici in hoc genere versati sunt, egregie conformabitur. *Quartum* genus interpolationum illud feci, quod vel librariorum malae sedulitati vel lectorum curiosae diligentiae tribui posse vidi. Nam primum hi non raro versiculos, sententias et dicta, aliis locis eiusdem scriptoris occurrentia, memoriae aut comparationis caussa adnotauerant ad certa quaedam librorum loca, vnde ea deinde in numeros orationis scriptoris se insinuarunt *c*), librariorum maxime culpa, qui nihil libris deesse vellent. Deinde opera nonnulla auctorum antiquorum ita suspicor tractata esse *d*) a lectoribus, monachis inprimis,

I 2

a) In Vell. Pat. 2, 5., vbi legitur, ingenti vi hominum vrbiumque potitus numero, Lipsius recte iudicauit τὸ numero glossema esse, quod olim ad *vi* adscriptum esse mihi quidem videtur.

b) Quo pertinent particulae, quibus glossatores vsi sunt, vt ἤ (Ruhnken. ad Rufin. p. 17.) *id est* (v. Scheller. Obs. in prisc. scr. p. 206. e Bibl. Cr. Amst. III. p. 19.) δηλαδη, vnde nullo modo adsentiri possum Brunckio, qui in Eurip. Androm. 850. verba δηλαδὴ πόσις e cod. membr. addidit. Exempla in quibus δηλαδη ab scriptoribus adhibitum legitur, ab hoc diuersa sunt, et sententia, illis omissis, optime constat, modo teneatur, orationem esse abruptam mulieris perturbatae. Alia etiam glossemata sua se specie facile produnt. vid. Wolf. ad Demosth. Or. Lept. p. 323.

c) Ea frequentissima est talium additamentorum origo. v. Intpp. Eurip. Mede. 40. 471. 1061. post Piersonum in Verisim. p. 58. ss. Intpp. Virg. Ecl. 1, 18. Georg. 2, 130. Aen. 2, 76. 8, 45. 12, 612. Ruhnkenius V. C. ad Vellei. Pat. 2, 94, 1. et Doruill. ad Charit. p. 578. ed. Lips. Nonnunquam etiam ex partibus parallelorum locorum adscriptis noui conficti sunt versus. v. Brunck. ad Eur. Mede. 782. Interdum diuersitas sedis vbi talis versus habetur, ostendit eum insititium esse, vt Virg. Georg. 4, 546.

d) Eo refero. Epicteti Enchiridion, ex Nilo aliisque saepissime interpolatum, Gnomas Theognidis (v. Brunck. praef. ad Gnom. graecos) et si qui alii eius generis sunt libri.

mis, vt tanquam aduerſariis vterentur, in quae plurima dicta et monita congererent. *Quintum* genus interpolationis et corruptionis ſcriptorum antiquorum illud eſt, quod aberrationi oculorum, manuum, aut memoriae ſeriorum librariorum debetur, eſtque frequentiſſimum *e*). Nam ſi ſemel vnus aberraſſet, ex cuius codice, tanquam fonte quodam, reliqui deriuarentur, propagata in eos eſt omnium errorum cohors. Scilicet errores commiſſos corrigere, et male ſcripta delere adeo ſibi religioni duxerunt iſti homines, vt mallent coniunctas legi prauas cum bonis lectionibus et perperam repetita retineri, quam codicem lituris deformari *f*). Sed hoc errorum genus latius patet, quam vt vniuerſa comprehendi poſſit diſputatione, eruntque infra etiam nonnulla ex eodem fonte repetenda.

§. 7.

Vt vero vel Grammatici vel lectores vel librarii ſaepiſſime ſententias, verſiculos, formulas, vocabula, particulas vel ab ipſis confictas vel aliunde petitas obtruſerunt orationi optimorum ſcriptorum, ita, vt quae male addita eſſent interdum facile et ſua ſpecie auctoris fraudem proderent, interdum tecta non improbabili ratione laterent, interdum vel exornata arte quadam fallerent, atque nunc multum negotii interpretaturo aut verba aut ſententiam exhiberent, nunc facilia intellectu, ſed parum apta loco ſuo inuenirentur *g*); ita contra non raro vel a Grammaticis eiecta ſunt

e) Sic in Eurip. Hel. 425., vbi ſuperior verſus finiuerat verbis ἐν δόμοις etiam hic poſuerunt librarii ταράσσεται δόμος, quae repetitio ibi ferri nequit. Brunck. ad Oreſt. 1326. νέος legi iubet. Add. Iacobs V. Cl. Anim. in Eurip. p. 174. Ita in Bion. Id. 1, 6. ſ. male ὀδοντι vulgo bis ponitur, ſed cum vi repetitur Ἄδωνις e coniectura Ruardi. Cf. Brunck. ad Soph. Ant. 512. Interdum quoque ita lapſa eſt librariorum manus, vt contraria iis, quae ſcribenda eſſent, ponerent. v. idem ad Aeſch. Prom. 1021. add. v. 1065.

f) vid. Pierſon. Veriſ. p. 230. Valck. Diatr. ad Eurip. Hipp. pag. 251. et 274.

g) In Theocr. Id. 1, verſus 107., verſus

ſunt quaedam ſcriptorum loca aut verba, interdum temporis iniuria abſumta perierunt, frequentius etiam librariorum culpa exciderunt. Quae vel eiectio locorum vel omiſſio, vt et ſentiatur, et reperta examinetur, ſeuera quaeritur ſubacti iudicii ſubtilitas. Nam primum Critici veteres inprimis Alexandrini *h*) verſus et loca ſcriptorum, maxime eorum quos in ordinem receperant, repudiarunt atque eiecerunt, non vnice grammaticis rationibus ducti, ſed multo ſaepius iudicio de ſententia dictorum et vi vano decepti, ita vt ſenſu veri et recti et pulcri iuſto eorum nugis occurrendum ſit. Quod ſi in aliis, in Homeri maxime carminibus neceſſarium eſt. In Iliad. XI. libro, longiorem locum (v. 766 — 784.) Ariſtophanes eiiciendum eſſe cenſuit *i*), primum propterea, quod, quae hic Peleo tribuantur ad filium Achillem dicta, non conueniant cum iis quae *ἐν ταῖς Λιταῖς* (hoc eſt, l. IX, 253. ſſ.) eidem praecepiſſe tradatur; at profecto longe diuerſo conſilio ab Vlyſſe

 et

ſus per ſe bonus: *ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι*, tamen dubito, num hic recte legatur. Vnus Valck. in edit. omnium Idyll. „ſi huius (v. 106.) loco legeretur aptior, ſequentem nemo deſideraret, qui eſt in Id. V, 46.“ addo: et inde haud dubie huc illatus: Nam primum hac ſede prorſus ineptus eſt; cur enim ad Venerem, quam in Idam abire iubet, dixerit Daphnis: hic (nempe in eo, quo ipſe verſatur loco) ſuauiter ſuſurrant apes; deinde hactenus ſemper vel duo vel quatuor verſibus adiectum erat illud: Ἄρχετε etc. ea concinnitas perit inſerto hic verſiculo, quem eiicio. Malo etiam ſupra verſum 65. ante 64. ponere, nam carmen demum a v. 66. incipit. In Dionyſ. Halic. Arch. 7, 64. extr. verba *ὥς' εἰ δύο προσῆλθον αὐτῷ φυλαὶ, διὰ τὴν ἰσοψηφίαν* (ſcilicet 21. faciunt parem numerum!) *ἀπελύετο ἂν, ὥσπερ ὁ νόμος* (quaenam? Athenienſium?) *ἤξίε* — valde torſerunt interpretes ita vt vel nouam voc. *ἰσοψηφία* comminiſcerentur ſignificationem (v. Cl. Grimm Synopſ. Archaeol. Rom. Dion. Halic. p. 285. et Rutg. Ouwens Noct. Hag. p. 65. ſſ.) Atqui vna litura delendum eſt inſulſum additamentum. Quantas turbas gloſſema Pind. Olymp. 10, 84. dederit, ex commentatoribus cognoſci poteſt.

h) v. Villoiſ. Anecd. Gr. II. p. 172. ſſ. Ruhnken. Hiſt. crit. Oratt. Gr. T. VIII. p. 168. ſſ. Reisk. Burmann. ad Valeſium de Critica p. 145. ſ. 181. ſ. Non improbabile eſt, periiſſe multos verſus et loca a Criticis illis damnata; vt Lyſiae orationes multas a Paullo Myſo, quod eas non intellexiſſet, reiectas negligi coepiſſe atque adeo intercidiſſe notat Photius Bibl. p. 1461. Schott.

i) v. Schol. Ven. p. 289.

et a Neſtore vtroque loco commemorantur Pelei praecepta, vt in iis enarrandis non mirum ſit, poëtam varietatem quandam eſſe ſectatum; deinde quod non Peleus Vlyſſem atque Neſtorem hoſpites introduxerit, ſed filius Achilles; atqui erant illi iuniores vnde ab aequali Achille excipiebantur. Neque vero vidit Ariſtophanes quam eleganti et Homericae narrandi conſuetudini congrua ſimplicitate iſte locus commendetur. Zenodotus vero paullo ante verſum 704. omiſerat, (Δαιτρεύειν — ἴσης), quod non *aequalis* portio, vt in praedae diuiſione, cogitari poſſet. Vt vero Ariſtophanes parum memor antiquiſſimae confabulantium ſimplicitatis deleri iuſſit 15. verſiculos loco memorato: ita eadem peruerſitas cum ipſum impulit, vt Iliad. XIV, in pulcherrimo loco de Veneris cingulo, verſus vndecim (317 — 327.) quibus Iupiter rudi aeuo conuenienter omnes ſuos amores recenſet, vt perſuadeat Iunoni, nunc ſe acerrimo in eam amore ferri, expungeret *k*), tum Zenodotum *l*), qui neſcire non poterat eſſe hunc morem Homericum ſiue potius infantiae hominum, vt iisdem verbis repetantur, quae iam aliis fuerant dicta, eiicere verſus 304 — 306. eiusdem libri iuſſit. Erant multo plura, quae de inepta iſta Grammaticorum criſi, ſenſus recti iudicio repudianda, diſputare conſtitueram, quae tamen alii tempori, vt ſeruem, monet ipſa argumenti mei vbertas *m*). Temporis autem et hominum iniuria, vt inuidit nobis plurima veterum auctorum ſcripta, ita effecit, vt alia ad nos manca, neque integra, peruenirent. Aut enim librorum et carminum vnus ſupereſt codex, certe vnus

k) ὅτι ἄκαιρος ἡ ἀπαρίθμησις τῶν ὀνομάτων· μᾶλλον γὰρ ἀλλοτριοῖ τὴν Ἥραν (non, in illa ſimplicis aeui ingenuitate), ἢ προσάγεται, καὶ ὁ ἐπειγόμενος συγκοιμηθῆναι διὰ τὴν κεστοῦ δύναμιν πολυλογεῖ (eſt vero haec loquacitas amantium). Schol. cod. Ven.

l) Metuit ſcilicet Zenodotus, ne Iupiter commemorata εὐνῇ καὶ φιλότητι ſtatim, bruti inſtar, irruere in Iunonem debuerit. Lepidum caput!

m) Cf. Lucian. Ver. Hiſt. l. 2. T. II. p. 117. ed. Batav. et praeter Prolegg. Villoiſonii ad Hom. paſſim, Waſſenbergh. Not. ad Paraphr. p. 86. ſ. 115. et Köppen über das Leben Homers p. 50.

vnus fuit ex quo reliqui ducerentur, qui si esset vel laceratus vel detritus, et male habitus, non poterant non lacunae inde existere, de quibus interdum primi, qui codice vsi fuerant, editores ne monuerunt quidem lectorem, aut, si quae carmina et epigrammata lapideis seruabantur monumentis, ab his non raro particula decussa est, ita vt pars inscriptionis periret. In quo vtroque locorum genere restituendo *n*) cum vnica facultatis probabiliter coniiciendi sagacitas valeat: sequitur, iudicii subtilioris et sensus acrioris summam esse vim in statuendo de iis, quae supplendi loci caussa adferuntur. Quae si minus illud efficiat, vt certo vel nobis vel aliis persuadeamus, manum auctoris esse restitutam, tamen, quae verisimilius sit, auctorem scripsisse, definiet, atque sententiam loco imperfecto aptam constituet. Vt vero illud se recte exserat sensus iudicium, contemplanda erunt et animo quasi complectenda omnia, quae auctor dixerat aut dicere debuisse videtur *o*), et in promtu habenda erit orationis vel eius ipsius, vel eorum quos imitatus sit, vel aequalium iusta copia, comparanda denique si quae exstant conamina loci reparandi et exigenda ad probabilitatis leges. Quae si ita tractantur, vt in sentiendi facultatem nostram recte operentur, non poterunt non veros excitare sensus. Verum, cum qui ipsos codices monumen-

n) In Catull. LI, 8. probabiliter supplebitur: *Vocis in ore*, ex Sapphonis verbis: βροχέως με φωνᾶς ὐδὲν ἔτ' ἴκει. In Hermesianactis Elegia pessime habita *Ilgenius* meus (Animadu. Crit. in fragm. Hermes. 1790. p. 7. multo rectius v. 59. et 60. ita suppleuit:

Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ'. ἤγειρε Θεώριδος εἶδος

Ἣν ᾠδῆς τέχνην Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ

(Theoridis pulchritudo canendi artem, qua Iupiter Sophoclem donarat, excitauit et inflammauit), quam *Steph. Weston* in Hermesianacte s. Coniecturis in Athenaeum Lond. 1784. p. 8. priorem:

Βάκχον καὶ τὸν ἔρωτ' ἐγέραιρεν θεῖος ἀοιδός.

Quid enim tum posteriori fiat? Frustra opera insumetur longioribus lacunis explendis, vt Homer. h. in Cer. v. 387. ss. add. Ruhnken. Ep. Cr. p. 168. ss. Ex altero genere exemplo esse possunt Epigrammata Anthol. Lat. Burm. T. II. p. 12. et plura in Ferretii Musis Lapidariis et Bonadae Carminibus ex Lapidibus.

o) Vnde summa existit fragmentorum poetarum vett. restituendorum difficultas, quae tamen ipsa ita exercebit ingenia, vt melior quidam sensus in locis scriptorum vberiorum mancis suae integritati reddendis exoriatur.

mentaque tractat, eius generis lacunas facile animaduertere, difficilius explere possit: tertium genus omissionum, quod librariorum culpae tribuitur, ita comparatum est, vt, cui praesidia optimorum codicum aut Grammaticorum *p*) defuerint, sagacissimo sensu praeditus esse et omnem cogitandi subtilitatem in eo ponere debeat, vt peccata talia et deprehendat et vero corrigat. Nam librarii aut consulto omiserunt locos quosdam, qui vel essent ab antiquis Grammaticis reiecti et pro spuriis habiti, vel minus ipsis aut legi aut intelligi possent atque adeo corrupti esse censerentur, vel omnino non probarentur ipsorum ingeniis, quacunque tandem de causa *q*); aut aberrationis temerariae et negligentiae infandae ea fuit culpa, quod loci et verba exciderunt, quae si vel male praeterita esse vidissent, tamen, ne codices parum accurate scripti viderentur, noluerunt addere, interdum tamen bona fide adiecerunt *r*) vel in margine vel inter lineas. Etenim primo vel repetitio vel similitudo vocabulorum quae ab initio aut in fine locorum leguntur *s*) effecit, vt interiectos versiculos, nonnunquam plures vno, et periodos orationis, librarii negligerent neque eas scriberent.

p) Sic e Suida versus Aristoph. Nub. 970. (aliis post 966.) a Valcken. Diatr. in Fr. Eur. p. 224. et Brunckio restitutus est, quamquam improbante Harlesio, qui haud scio an perperam indicauerit, eo constructionem impediri.

q) Huc refero nonnullos versiculos Homeri in cod. Ven. omissos, et haud dubie a Grammaticis quibusdam notatos, vt Iliad. β, 588. Similiter Virg. Aen. IV, versus 273. e cod. Mediceo excidisse Brunckio atque Heynio videtur, quod Grammatico Virgilium corrigenti displicuerat. In multis locis vett. vtriusque linguae auctorum pro Deorum nomine Deum substituerunt et alia ad Christianae disciplinae legem immutarunt. v. C. V. Vonck Specimen Criticum in auct. vett. p. 111. ss. Addi potest, etiam nonnulla obscoene dicta vel omissa vel mutata esse.

r) Vid. Vulpius ad Catull. 66, 33, p. 377. Drakenborch. ad Liu. 5, 29, 2.

s) Hoc errorum fonte deriuata clades plurima procul dubio, quin integras nobis interdum columnas intercepit, atque ea veterum locis intulit vulnera, quae sine Codicum fideliorum subsidio resarciri non possint." Valck. ad Eur. Phoen. 360. p. 129. s. Add. Doruill. ad Charit. p. 537. s. ed. Lips. Heusinger. ad Cic. Off. 1, 7, 5. et quis non optimorum Criticorum de eo vitiorum fonte conquestus est?

rent. Iam etsi versus longioresque loci omissi restitui sola ingenii boni, iudicii subtilis, sensus acrioris, vsus scriptorum assidui, interioris doctrinae, ope plerumque nequeunt: tamen, si ex optimis codicibus vel Grammaticorum scriptis prodierint noui versus, noua additamenta, quibus oratio scriptoris augeatur, quae alia, ac illa iudicii quam quaerimus seueritas sensusque subtilitas definiet, num idoneus sit locus, qui reliquis verbis inseratur? In Hymno Hom. in Mercurium inter v. 421. et 422. nouum interiecit *Ruhnkenius* V. C. in Ep. Crit. I. p. 45. quem ipse pulcherrimum esse censet, ita vt locus nunc legatur sic:

γέλασσε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων
Γηθήσας, ἐρατὴ δὲ διὰ φρένας ἤλυθ' ἰωὴ
Θεσπεσίης ἐνοπῆς· καί μιν γλυκὺς ἵμερος ᾕρει
Θυμῷ ἀκουάζοντα.

Verum non recepit eum Cl. *Wolfius* (in edit. Odyss. et Hymn. 1784.) et *Groddeckius* Vir humaniss. in Diss. de hymnorum Hom. reliquiis (Gött. 1786.) censuit p. 91. s. versus 421 — 425. cum hoc nouo omnes esse spurios, atque v. 419. inde ab ἡ δὲ — 421. parenthesi includi iussit *t*), vt κραίνων ad Mercurium referatur. De quo dissidio decernere vnius erit sensus acrioris. Qui si perceperit aestimaveritque verba v. 422 — 424. λύρη — Φοίβου Ἀπόλλωνος, ad quae prima attendendum est, non poterit non, eam inficetam esse superiorum repetitionem, iudicare. Qua interpolatione cognita facile erit de reliquis statuere. Quodsi non nimis frequenter part. δὲ et voc. ἐρατὸς recurreret, constituissem locum ita, parenthesi omissa:

Γηθήσας· ἐρατὴ δε δ. φρένας ἤλ. ἰωὴ
Θεσπεσίης ἐνοπῆς. τάχα δὲ λιγέως κιθαρίζων κ. τ. λ.

Nunc non video, quid aduersus Groddeckii iudicium recte moneri possit. Abeat igitur Moscouiensis versus cum reliquis. Neque facile quis desiderabit alios duo versiculos, quibus eundem Codicem Ruhn-

t) Quod v. 418. restituit λαβὼν δ' ἐπ' ἀριστερὰ στήσας, vnice probandum est.

Ruhnkenius p. 46. monet hyinnum beare (inter v. 455. et 456.), immo metuo, ne orationis simplicissima connexio pereat omnis, illis versibus interpolatis *v*). In Tibulli Eleg. 2, 3, versus 75. (Bruckh. 1, 5, 68.) intercidit, quem hexametrum libri scripti varie supplent (cf. Heyn. p. 111.) et ita, vt fatear nullam rationem horum versiculorum meo sensui probari *x*). Interdum vero etiam sagax vir et peritus, praesidiis aliis destitutus, suae intelligentiae rerum et sensui consisus, quae mutilata sunt, integritati restituit. Sic dudum ante Bentleium *y*) locum Plutarchi (T. IX. p. 47. ed. Reisk.) bene suppleuit *Bern. Martinus* Var. Lect. lib. II. p. 76. ed. van der Kemp. — Deinde vel eadem causa *z*) vel etiam aberratio adeo facilis iis, quorum mens non semper intenta in ea, quae scriberent, fuit, vel negligentia scribis non insolita multo frequentius, vt vocabula singula et particulae, copulatiuae maxime vel aduersatiuae, perirent effecit, quibus supplendis sensus iudicium saepe sufficiet. Effectum enim est verbo et vocabulo omittendo, vt loco vel sententia non constaret, vel metri et numerorum leges violarentur *a*). Quae omnia vbi inter-

v) Ne ex Ruhnken. quidem emendatione placent versiculi, quos ita constituit:

Νῦν δ' ἐπεὶ οὖν ὀλίγος περ ἐὼν κλυτὰ μήδεα οἶσθα

Ἴξε, πέπον, καὶ μῦθον ἐπαίνει πρεσβυτέροισι,

Νῦν γάρ τοι κλέος ἔσται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι

Σοί τ' αὐτῷ καὶ μητρί· τόδ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

μῦθον ἐπαίνει pro eo, quod in Cod. est θυμὸν, vt Iliad. β, 335. Similiter in Pind. Ol. IX, 74. αἴνει παλαιὸν μὲν οἶνον recte referunt interpretes ad μῦθυς.

x) Vel emendationem lenissimam a Cl. Santenio probatam (Bibl. Crit. Amst. III, p. 65.): mollis *cura colendi;* respuere videntur numeri Tibulliani. De aliis versiculis, qui interciderunt et suppleti sunt, v. Heyn. ad El. 1, 2, 24. Versus perditos, quos Aristophani restituerit Brunckius, iam enotauit V. D. in Bibl. Crit. Amst. VIII. p. 38. Plutarchi vero Quaest. Platon. 1. multas periodos, quae male exciderant e Codd. reddidit Cl. Wyttenbachius in Descr. ac Spec. ed. Opp. Plut. (Bibl. Crit. Amst. IX, p. 22. 32., sed vereor, ne modum excedam plura adnotando.

y) Vid. Brunck. ad Soph. Antig. 781.

z) Sic omiserunt librarii saepe aliquot verba repetenda. v. Brunck. ad Soph. Philoct. 1202. Oed. Tyr. 1096.

a) In Quintil. Instit. Or. 10, 1. p. 920. vbi legitur: Ex industria *Senecam in omni genere eloquentiae* distuli; quanquam hoc defendere conatur Burmannus, sententia tamen postulat, vt addatur post, eloquentiae,

interpres, loca ita mutilata tractans, vel ipse intellexerit, vel alios docuerit, non poterit difficile esse, sensu suo definire, quid integritati orationis desit, quid addendum. Idem valere quisque concedet de locis in quibus particulae quaedam, inprimis copulans, contra nexus perspicuitatem, vel negans, contra sententiae veritatem, omissae sint a librariis, id quod non raro factum est *b*). In Horat. Epp. 1, 1, 55. facile adsentior Marklando (Explicat. aliquot vett. auct. loc. p. 255.) corrigenti:

haec recinunt iuuenes dictata, senesque et
Laeuo suspensi loculos tabulamque lacerto;

vt per hos pueri intelligantur. In loco Sophoclis (Philoct. 1443.) pessimam sententiam, in Tragoedia et eo loco spectatoribus Atticis certe non placituram, peperit omissa negatio:

Ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς.

Scilicet imperitus librarius putauit verbis ita scriptis exprimi, quod Apocal. XIV, 13. legitur: τὰ γὰρ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. At postulatur, quod Garackerus, Wesselingius, Dawesius, Toupius, atque Brunckius dederunt:

Οὐ γὰρ ηὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς.

Cf. Adpend. ad Toup. Emendd. in Suid. (1790.) T. IV. p. 448. Alia exempla restitutae negandi particulae praebebunt Valckenarii Obseruatio in Bibl. Crit. Amst. V. p. 109. et Brunck. ad Soph. Oed.

quentiae, *versatum*, aliam etiam caussam huius additamenti suppeditante Gisb. Koenio in Obss. Crit. ad loca quaedam Iuris et alia (insertis Oelrichsii Thesauro Diss. Iurid. Vol. I. T. III.) p. 21. Sed cur in Martialis Epigr. 1, 87, 5. inter frui et sodale cum Cl. Rooy Anim. Crit. ad Mart. p. 13. inseratur, hoc, causam idoneam non video. In Cic. Catil. 1, 13. numeri ratio postulat, vt legatur: sit denique inscriptum in fronte vniuscuiusque *ciuis*, *quid* de republica sentiat; vbi ciuis multis edd. et codd. deest. Voces in poetis omissas ex metri legibus restituendas esse ostendit Brunck. ad Arist. Eqq. 32. 341. Conc. 558. add. Ruhnken. Ep. Crit. p. 77. Exempla, vbi verbum et nomen e sensu desiderantur v. ap. Iacobs. Anim. ad Eurip. p. 43. 48.

b) vid. Guil. Canteri Syntagma de ratione emendandi graecos auctores, Antu. 1571. p. 43.

Oed. T. 250. *c*) In his particulis adiiciendis orationi scriptoris eo acrius erit iudicium adhibendum, eoque maturius est illius subtilitas interpretis opera conformanda, quo facilius sensus noster, non satis exercitatus, fallere nos potest *d*), quoque saepius in his librarii errarunt. Sed cum iidem scribae non raro suis verbis orationem auctorum optimorum auxerint: videndum etiam erit, vt partim loca vere mutilata, atque adeo recte addendis verbis quibusdam vel iam sanata vel nunc restituenda, ab iis discernamus, quae sunt aut ineptis aut certe superfluis librariorum et

c) Omnino ea particula neglecta saepius turbas dedit. In Platon. Apol. Socr. c. 9. p. 91. ed. Fisch. optime nuper Cl. Wolfius restituit: καὶ φαίνεται τὰτ' ὐ λέγειν τὸν Σωκράτην — vbi vulgo habetur τῦτο. Nam et sententia (oraculum non de Socrate solum illud dicit et intelligi vult) et particula δὲ postulat ibi negandi particulam. In loco Pausaniae 2, 21. p. 158. bene etiam Cl. Facius nuper (Prolus. 2. ad Pausan. emendand., item in Magazin für Schulen p. 396.) restituit: τὸ δὲ οἰκοδόμημα — ὐ τρόπαιον ἐπὶ Πύῤῥῳ κ. τ. λ., vbi sine sensu legebatur: ὁ τρόπαιον. Add. Lennep. ad Phalar. Epp. p. 7, 2. Ouwens Noct. Hag. p. 234. s. Intpp. Virg. Aen. IX. 280. Caeterum alias quoque particulas vt δε, γε etc. male omissas esse constat, quae vbi addendae sint, iudicium vel de sententia vel de numeris loci monstrabit. V. Brunck. ad Aristoph. Conc. 21. Gedik. ad Plat. Men. 16. Deleta particula *sed*, male interiecta, locum corruptum et a Schellero Obs. in prisc. Script. p. 200. perperam acceptum Cic. Tusc. 1, 31. egregie restituit V. D. in: Bibliothek der neuesten theol. philos. und schönen Litteratur, vol. III. P. II. p. 357. tantum autem abest ab eo, vt malum mors sit, quod tibi dudum videbatur, vt verear, ne homini nihil sit non malum aliud, certe nihil bonum aliud potius.

d) Ita Cl. *Nodell* Not. Crit. p. 64. vanissimum tulit iudicium de loco Xen. Mem. 3, 5, 4. nulli interpretum non intellecto, quem ita scribi vult: ὅτε Βοιωτοὶ ὐ μόνοι ἐγένοντο. Atqui antea dicitur: Boeotos in sua patria se Atheniensibus opposuisse, adiutos aliorum auxilio; Athenienses igitur Boeotiam inuaserunt, quando Boeoti hoc auxilio destituti erant: itaque verum est: ὅτε B. μόνοι ἐγεν. Contra eundem V. Doctiss. laudo, vbi in Obss. Crit. libello (Campis 1781.) restituit Cic. de Diu. 2, 20. Quasi ego aut fieri *non* concederem, aut esset philosophi, caussas — non quaerere. In alio autem Xenoph. Mem. loco (1, 2, 53.) rectissime Ev. Wassenbergh. in Diss. de Transpositione p. 26. adiecit particulam negandi. Nam sententia ipsa, si ego recte iudicauerim, legere eum iubebit: ἐγὼ δὲ αὐτὸν ὐκ οἶδα μὲν ταῦτα λέγοντα. Caeterum idem V. D. his statim adiungit verba ἔλεγε δὲ (§. 54.) et verba καὶ πρὸς τύτοις γε — ἀφανίζυσιν in finem §. 54. coniicit. Copulae male positae exemplum notauit Brunck. ad Soph. Philoct. 1445.

et Grammaticorum additionibus aucta *e*), partim recte iudicemus, num ſcriptor ipſe vel conſulto *f*), vel neglegenter quaedam omiſerit, quae ſi addere verbis ipſis, non interpretationi eorum, velimus, vel conſilio ſcriptoris aduerſaturi vel eius errorem correcturi ſimus.

§. 8.

Conſideratio vero atque cogitatio attenta et conſilii, quod ſcriptor propoſitum ſecutus eſt, et nexus atque ordinis diſputationis ſententiarumque, et vis, grauitatis, pulcritudinis, numeri, qui orationis

e) Sic in Salluſt. Catil. 42. legebatur: nam laetabatur *intelligens* — ciuitatem periculis ereptam eſſe. Recte Cortius nullo codice monitus cenſuit τὸ *intelligens* delendum eſſe, quod nunc etiam codd. Eſcur. et princeps editio confirmant. v. S. V. *Tellerus* ad eum loc. in elegantiſſima, quam ipſi debemus, edit. Sall. p. 204. qui ipſe Vir doctiſſ. et amiciſſ. affinis nondum mihi perſuaſit, verba *ex vrbe*, ante *profugerat* genuina eſſe. Nam cum praeceſſiſſet *domo egreſſus*, quomodo lector Salluſtianae breuitatis gnarus dubitare poterat, quo ſit τὸ profugerat referendum. Caeterum optime monuit Cel. Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 5. ſ. „Is demum ſe ſciat ad hanc iudicandi facultatem peruenturum, qui ſaepius repetita lectione in iuſtam ſcriptoris conſuetudinem venerit, eiusque ingenium dicendique formam ita cognouerit, vt, quid γνήσιον quid ὑποβολιμαῖον ſit, ſentire et quaſi guſtare poſſit. Nam ſaepe haec ſentiuntur facilius, quam verbis explanantur."

f) Cuius quidem conſilii non vna ſemper eſt ratio. Interdum, quae omittuntur verba, et ſententiae, non neceſſariae ſcriptori videbantur (vt in verſu quem Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 101. Wyttenb. laudat, verba omiſſa ab ipſo ſcriptore conſulto eſſe exiſtimo); aut ars quaedam in omiſſione earum detegitur. Sic Sall. Catil. c. 47. cum Caeſar dixiſſet ad Silanum: aut metus aut iniuria ſubegit — de timore, pergit, ſuperuacaneum eſt diſſerere; ſed cauſam ab iniuria repetitam omnino praeterit, cum iniuriae vim in Silanum non poſſet negare; vnde animos auditorum in alia vertit; quod quidem artificium etiam in Ciceronis orationibus non paucis animaduerti poteſt. Iam qui talia auctorum loca ſupplere voluerit, eum omni ſenſu huius artificii deſtitutum eſſe oportet. Neque etiam perſuaſit mihi Valck. in Theocr. 1, 102. excidiſſe verſiculum (in Not. ad Decem Theocr. Idyllia p. 28. nam in ed. omnium Idylliorum non repetiit) propter part. γάρ. Immo poeta, ſecutus indignantis orationis naturam omiſit ſententiam facile ſupplendam. Caeterum vel cum Stephano Ἤδη γὰρ φράσδῃ vel Ἤδη γὰρ φράσδεις πάνθ' Ἅλιον ἄμμι δεδύκειν legendum, et exquiſitum ἄλγος v. ſequ. ſuo loco relinquendum eſt.

tionis cuique generi inesse debebat, eam quoque sensus acrioris subtilitatem vel excitabit vel acuet, quae facile, vtrum versus quidam et periodi et verba suo sint, an alieno, loco posita, iudicet. Nihil enim frequentius commissum esse, nihil magis aut scriptorum intelligentiae aut interpretum iudiciis obfuisse, quam hoc librariorum vitium, qui sedes locorum et verborum inter se commutarunt, constat, nec vlla arte plurimis locis suam reddi posse sinceritatem et elegantiam, quam transpositione, iudicarunt peritissimi Critici *g*). Nunc enim grauissima vulnera inflicta sunt auctorum veterum, inprimisque poetarum, scriptis, ita vt omnis sententiarum vis et ordo periret, nunc turbare certe nexum orationis alieno loco posita dicta reperiuntur. Cuius quidem vel diligentissimorum librariorum aberrationis causae vel sunt in luxatis, quibus vtebantur, codicibus quaerendae, maxime poetarum, vbi confusa folia insignem carminum et locorum immutationem efficere potuerunt *h*), vel in eo, quod omissa ab antiquioribus scribis loca et in margine scripta nescirent quo referrent, vel in eo, quod verba aut lecta ab ipsis, aut iisdem dum scriberent praelecta, facili memoriae lapsu confunderent *i*). In Catulli Carm. 55. inter versum 22. et 23. signum lacunae posuit editio Vulpiana, neque profecto aliter censeri potest, si versiculi illi recte se excipiunt. Sed ponantur modo versiculi omnes inde a 23. post versum 14. ita vt carmen desinat in verbis: Dum nostri

g) Vid. Pierson. Verisim. p. 149. ff. Lennep. Anim. ad Coluth. p. 44 — 52. inprimisque Euerwini Wassenberghii Diss. philol. critica de transpositione seu saluberrimo in sanandis veterum scriptis remedio, quo loca confusa, facta traiectione, restituuntur. Franequ. 1786. 4.

h) Maxime in fronte carminum aut calce. Sic de prima Tibulli Elegia statuendum erit; nec parum probabiliter Valcken. ad Xen. Memor. p. 235. ed. Ern. coniecit ex variis Elegiis conflata esse nostra Theognidea. Sed haec hisque similia tractabuntur infra, vbi ad iudicium de vniuersis libris et carminibus peruenerimus.

i) Hinc maxime probabilis mihi videtur coniectura Wyttenbachii V. Cl. Epist. Crit. p. 36. in vexato loco Xen. Mem. 3, 8, 10. (quem Edwards perperam inter glossemata retulit) verba ita transponentis: ἡδὺ μὲν γὰρ ἰδόντας προσιέναι, ἡδὺ δὲ ἀγνῶς ἔχοντας προσεύξασθαι.

vostri sim particeps amoris; omnia bene cohaerebunt. Non dissimiliter Reizius nuper noster locum, qui vltimus in Suetonii vita Persii, sed male, vulgo legitur (sed mox, vt a schola — arbitraretur) transpositione facta excipere iussit verba: a quo inductus aliquatenus in philosophiam est. In Horatii Epod. XVI. Cl. Ramlerus nuper (in versione vernacula cum adnotatt. in: Berliner Monatsschrift 1790. m. Iun. p. 482. ss.), non tamen monito lectore, versus qui vulgo sunt 61. s. posuit post versum 50. sententia ipsa iuuante. In Propert. El. IV, 1, multis illo luminibus splendente carmine, multis adhuc maculis obsito *k*), sensus acuti iudicium, verissimas esse, quas Santeniana editio exhibet versuum transpositiones, monstrat. In Homer. H. in Cer. v. 87. iudicauit Brunckius esse post versum 81. transponendum; certe plura cum Mitscherlichio V. Cl. mutanda erunt, ea ratione non admissa, in versu, quo etiam carere poteramus *l*). Non infrequentius vocabula singula a librariis sunt eo loco posita, quo vel sententiae vel ordini vel concinnitati vel numeris orationis officiunt *m*). In Virg. Aen. VI, 840. e Med. cod. Heinsius exhibuit: Tibi somnia tristia portans, vbi alii codd. et edd. tristia somnia diuerse iudicantibus Criticis, cuiusnam lectionis lenior esset sonus. Rectius vero censuisse Brunckius sentietur ab eo, cuius auris Virgilianis numeris adsueuerit. Contra Aen. XII, 317. multo lenius fluere videntur verba: Turnum iam debent haec mihi sacra, quam si praefertur ordo in membr. Brunck. repertus: debent haec iam mihi sacra. Quales quidem errores, vocibus transponendis commissos,

k) Versus 125. s. non puto ab aretalogo proferri qui Propertii iactantiam voluerit ridere, sed ab inepto homine ex versu 65. s. confictos esse.

l) Alia quaedam conamina versuum transponendorum vid. ap. Koenium Diss. ad loca quaedam Iuris, in Oelrichs Thes. I, III, p. 25. Medenbach Wakker Amoen. Litt. p. 114. In Soph. Trachin. 84. s. a plerisque interpretibus sensus eodem artificio restitutus est. Quid quod strophen quoque et antistrophen sedes suas permutasse probabiliter docuit Brunck. ad Eur. Andr. 1020. add. Virg. Aen. X, 662. cum intpp.

m) Egregie hanc in rem nonnulla disputauit Ruhnkenius ad Rutil. Lup. de fig. sent. p. 107. s.

missos, etsi saepe monstrat ipsa codicum variatio in sedibus vocabulorum, non ignota iis, qui vel codices plures tractarunt, vel examinarunt lectiones e plurimis codd. adlatas in praestantissimis auctorum vett. editionibus: tamen cum occurrant loca vbi vel contra codices *n*) vel sine eorum praesidio collocatio verborum melior instituenda sit, aut e pluribus vocabulorum positionibus ea sit eligenda, quae sententiae et virtutibus orationis aptissima habeatur, patet subtilissimum adhiberi debere et acutissimum sensum, ne fallaris *o*). Accidit enim, vt, qui eo careret, integerrima loca transponendis verbis corrumperet. Ita *Schellerus* Obss. in prisc. scriptt. p. 48. peruertit Ciceronis locum Verr. Act. I. c. 14. med. dum scilicet scribit: „Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M' Glabrionem nuper, cum in reiiciendis iudicibus commemorassem, me arbitrari, fore, vti nationes legatos ad populum Rom. mitterent, vt lex de pecuniis repetundis iudiciisque tolleretur, intellexi, vehementer populum Rom. commoueri" *p*). Nam Cicero profecto non ita obscure et contra omnem sententiarum vim et numerorum grauitatem dicturus fuisset. Etenim ex vulgato verborum ordine bene ista, me arbitrari etc. referuntur ad *illud dicere*, continentque primariam sententiam, quae nequit reliquis interseri tanquam pars sententiae primariae. Interpretis igitur erit, locum quemque, cuius et sententia et oratio vel ipsi vel aliis visa fuerit parum recte procedere, ita tractare, vt percipere intelligendo iubeat legentes sententiarum et verborum singulorum ordinem quo se excipiunt et nexum, prima-

n) Sic in Cic. Epp. 2, 19, 4. retinendum erat, ex meo quidem sensu: existimaui tamen esse faciundum, vt etc. neque cum Codd. scribendum: faciundum esse vt —

o) Non raro propositae sunt a Criticis vocabulorum transpositiones, quae, vtcunque speciosae, tamen ita comparatae sunt, vt certe sine codd. eas praeferre lectioni vulgatae dubitandum sit. Ita statuo de iudicio Cl. Matthiae, qui in Obss. Crit. in Tragicos etc. p. 43. in Theocr. VI, 5. et 12. Ἄσυχα συρίσδων et Ἅδεα καχλάσδοντος scribit.

p) In eiusdem loci vulgato ordine bene se habent imperfecta *mitterent* — *tolleretur*, cum τὸ fore hic sit Imperfecti, recte monente Schellero.

primarias ſententias a reliquis ſeparare, videre quae dicere quoque loco ſcriptor et debuerit et voluerit, adſueſaciat vero etiam aurium ſenſum percipiendis facile orationis numeris in quoque ſcriptore. Si quis igitur illa in Xenoph. Mem. 3, 1, 8. vulgata legerit: ὑπὸ μὲν αὖ τῶν ἄγωνται, ὑπὸ δὲ τῶν ὠθῶνται, et interpretari *ſingula* recte conſtituerit, non poterit non cuiusuis ſenſui perſuadere, αὖ legi alieno loco et ſecundo orationis membro addi debere, quod in nuperrimis editt. factum eſt *q*). Aut ſi quis cognouerit, in Apoll. Rhod. Argon. II, verſus 382. ſ. a Brunckio transpoſitos eſſe poſt verſum 1016., vbi olim non niſi vnus ex his verſiculis perperam legebatur, examinet ipſe rationes omnes et ſedes horum verſuum, nec dubito, quin ſuo ſenſu ſit experturus, veriſſime eam a Ruhnkenio Ep. Crit. II. p. 208. dici palmariam correctionem. Quae, ſi saepius inſtituta fuerint examina, non poterit non facilior exiſtere de locis verbisque in ſuam ſedem reſtituendis iudicandi facultas. In qua re duo inprimis erunt ab interprete cauenda: alterum, ne quae ab ſcriptore ipſo, interdum ſolius numeri cauſa *r*), traiecta repererit, aut quae animo ſenſibus acrioribus abrepto paullo perturbatius prolata legerit, in meliorem velit ordinem cogere; cuius quidem artis ſcriptorum vett., quam nonnulli gratam negligentiam dicere auſi ſunt, rectam rationem docebit et naturae animi eiusque

ſenſuum

q) In Eurip. tamen Bacch. 479. non putauerim, tranſpoſitione leui a Iacobſio Anim. p. 109. facta, locum ſanatum eſſe. Scribo: τοῦτ' αὖ παρωχέτευσας εὖ κοὐδὲν λέγεις. Caeterum ſyllabae etiam frequenter tranſpoſitae ſunt in mediis vocabulis (v. Ruhnken. Ep. Crit. p. 168. ſſ. Doruill. ad Char. p. 665. Lipſ. Weſſel. ad Herod. p. 233.) et litterae ſingulae (v. Iacobſ. Anim. ad Eur. p. 54. Arntzen. ad Arat. Act. Ap. 1, 36. p. 43.) vt in λαβων et βαλων Meleagr. Carm. 12, 4. add. Ruhnk. Ep. Cr. p. 59. In Tibull. 3, 4, 42. olim erat: Edidit haec triſti dulcia verba modo; contra ſententiam, quae flagitabat: dulci modo triſtia verba. At carmen illud omnino laborat multis vitiis non ſingulorum tantum verſuum, verum totius compoſitionis et ſententiarum.

r) vid. Wolf. ad Demoſth. Or. Lept. p. 300. Hinc defendi poteſt elegantiſſima b. Erneſtii emendatio in Cic Div. 1, 3. extr. id nos in reliquis rebus *vt* faciamus. Nam ſi Schellerus Obſ. p. 214. quaerit, quis de talibus traiectionibus decernat, facile eſt reſpondere: aurium iudicium; ſed non quarumuis aurium!

ſenſuum et motuum accurata obſeruatio, et vſus diuturnus ſcriptoris cuiusque optimi; alterum ne transpoſitione in meliorem locum reducere conemur, quae tollenda omnino ſunt, a librariis male adiecta *s*), id quod acrius iudicium de verborum ipſorum natura, de fonte vnde ducta eſſe poſſint, de varietate codicum, et ſenſus quidam harum rerum nutritus lectione aſſidua eius, quem tractas, ſcriptoris monſtrabit.

§. 9.

Neque vero minus valebit ſenſus acrioris ſubtilitas in conſtituenda recta cuiusque loci et orationis interpunctione, et perſonarum, quae loquentes introducuntur diſtinctione; in quo genere, vt frequentiſſime peccatum eſt, et ſic, vt ſententia omnis, omnis grammatica ratio *t*), corrumperetur, ita maxima horum errorum pars non librariis antiquioribus, qui ſaepe libros non diſtinxerunt ſuos interpungendi ſignis quibusdam, quam editoribus primis aut recentioribus tribuenda eſt, vnde vel ii, qui timidiores, ne dicam ſuperſtitioſi, ſunt in lectione vulgata immutanda, in meliori certe interpunctione locorum non habebunt cur repugnent. Eſt vero hoc ita ad ſenſus acutioris iudicium referendum, vt, percepta recte ſententiarum et verborum ſerie et ordinatione, ſi quid ſit, quod offen-

s) Sic Liu. 24, 28. extr. legitur: mittique cum eis legatos ad rem confirmandam; vbi *cum eis* varie transpoſuerunt. At haec adſcripta erant ad: *pacem fieri placuit.* C. 42. eſt: *Magone* ad conquiſitionem militum *fratre* miſſo; vbi alii *a fratre*, alii *Magone fratre*, ſcribunt; mihi *fratre* a Grammatico additum voc. *Magone* in margine videtur.

t) In principe poetarum non longe ab initio Iliadis v. 18. ſſ. fefellit omnes interpretes diſtinctionis prauitas. Nunquam ita coniungi poſſe exiſtimo λύσαιτε et δέχεσθε. Scribendum:

Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι,
Παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην· τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε
Ἁζόμενοι κ. τ. λ.

Sic vobis dent dii felicem ſucceſſum et reditum, vt ego mihi reddi cupiam filiam: accipite igitur pretium reueriti ſacerdotem Apollinis.

offendat, primum omnium quaerendum videatur, num distincta satis recte sit scriptoris oratio. Quod ipsum exemplis magis cognoscendis, quam praeceptis scribendis doceri potest et effici. Nam si quae praecepta eius iudicii et leges ponere velimus, eas in promtu est aeque multas fore, ac magna est orationis et sententiarum nexus varietas. Itaque prouidebit interpres, vt, quibuscum apte ad sensum criticum tractet veterum scripta, eos semper doceat sententiarum rationem et coniunctionem indagare, aut ipse inuestigatam monstret ita, vt quae aut discerni aut connecti interpungendo debeant, qualique distinctionis nota vtendum sit, reperiant. Cuius rei si iustum tibi contraxeris vsum, vel prima loci lectio poterit veram eius interpunctionem indicare. In Soph. Aiac. 169. dicuntur vulgo (etiam ex Cod. Lips. interpunctione) homines Aiaci inuidentes, vbi e conspectu Aiacis aufugerint) strepitum mali rumoris edere, velut greges auium, vulturem metuentes; in graecis vero ὑποδείσαντες legitur, quod non nisi admodum contorte cum πτηνῶν ἀγέλαι iungi potest; sed fac iungi posse, num recte dicuntur auiculae, metuentes vulturem, strepitum edere? Quanto melius nunc omnia cohaerent, loco ita distincto:

Παταγοῦσιν, ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι·
Μέγαν αἰγυπιόν δ' ὑποδείσαντες
Τάχ' ἂν ἐξαίφνης εἰ σὺ φαν. κ. τ. λ.

vid. Dawes. M. Crit. p. 224. et Brunck. ad h. l. Subauditur ὡς, quemadmodum in Latinis *vt*, quod omissum saepe etiam interpretes male habuit (vid. Heyn. ad Tibull. 1, 1, 56.) Locum Aristophanis Lysist. 144. quem Dawesius, Koenius, Toupius, Brunckius tractarunt, optime Tyrwhittus nuper (Append. ad Toup. Em. in Suid. IV. p. 420.) restituisse videtur, dum interpunctione mutata scribit: Ὅμως γε μάν· δεῖ τὰς γὰρ εἰράνας μαλ' αὖ. In Calpurnii Ecl. 3, 24. facile largior Nodello Not. Crit. p. 87. melius lectum iri:

Phyllide contentus sola (tu testis, Iola, es)
Callirrhoen spreui, quamuis cum dote rogaret,

quam quod vulgo eſt; Phyllide contentus (ſolus tu —) — ſed emendatio haec debetur Heinſio. Minus autem bene cum eodem Nodellius p. 107. in Ouid. Met. 4, 226. ſcribit, ſublata maiori diſtinctione:

Mundi oculis, mihi crede, places.

Apte ex Ouidii ratione ipſe deus dicitur Mundi oculus. In Cic. autem Offic. 2, 25, 6. non vim modo et grauitatem dictionis, ſed etiam ſententiae conuenientiam perdi, ſi cum Cl. de Rooy Anim. Crit. p. 73. interpungatur: Quid? hominem, inquit, occidere; ſentiet, qui antecedentia diligenter perlegerit. In Propert. El. IV, 1, 9. multo rectius procedet oratio:

Quo gradibus domus iſta Remi ſe ſuſtulit, olim
Vnus erat fratrum maxima regna focus,

quam ſi poſt *τὸ olim* comma ponatur. Sed v. 46. eiusdem Elegiae certe punctum non poni poteſt poſt *Venus*, id quod vel ipſum repetitum vocabulum *Arma* docet; immo poſt, Troiae, colon eſſe debet, quod et v. 52. reponi debet, cum ſequentia ſint verba vatis futura canentis. Talia plurima in optimis reſtant corrigenda auctoribus *v*). Verum etiam in fabulis vel Tragicorum vel Comicorum, dialogis, omninoque iis ſcriptis, vbi plures vno loquentes introducuntur, obſeruandum diligentiſſime eſt, num ſua cuique tribuantur verba. Id quod diligenter animaduertenti ingenium cuiusque, qui loquitur, et naturam eorum, quae dicit, patebit. Multa huius generis peccata in locis ſingulis Comoediarum atque Tragoediarum, vbi vel tributa ſunt dicta, quibus minime conueniebant, vel oratio certae cuiusdam perſonae, chori, ſemichori, longius eſt protracta, quam debebat

v) Vel veteres Grammatici interdum incerti haeſerunt. Sic ad Apoll. Rh. 3, 114. Schol. adnotauit: ἀμφίβολος ἡ φράσις, τὸ μὲν γὰρ δηλοῖ ἀπάνευθε Διὸς, χωρὶς τȣ̃ Διὸς, ὃ καὶ μᾶλλον (male), ἢ λείπει τῶν ἄλλων, ἵν' ᾖ, χωρὶς τῶν ἄλλων, ἐν τῇ Διὸς ἀλωῇ (recte). Facit hoc ἀπάνευθε Διὸς, vt commode recorder loci Theocr. Id. 16, 68. vbi egregie viri docti, interpunctione etiam mutata reſcripſerunt: Κȣράων ἀπάνευθε Διὸς — v. Burgeſſ. ad Daweſ. M. Cr. p. 359.

debebat, editionum principum atque codd. ope possunt emendari, plura iudicii subtilitate corrigi, quod acriter intendatur in sermocinationis progressum dictorumque vim et conuenientiam *x*). Valebit eiusdem iudicii recti auctoritas in constituendis quoque dialogi loco personis, si, quae dicantur, examinaueris ad ipsius colloquii naturam et consuetudinem eius scriptoris, qui dialogum composuit *y*). In quo genere multum proderit, editoris dialogi cuiusdam opera et commentatione accuratius nosse singulorum, qui colloquuntur, hominum indolem, mores, atque sententias, cum satis constet artificium componendorum dialogorum in moribus diuersis exhibendis, maxime eorum, qui agendo et dicendo continentur, propius a fabularum artibus abesse *z*). Commendanda vero etiam in aliis scriptis est diligens eorum, qui loquentes introducuntur, obseruatio, vt

 vtrum

x) Exempla praebere possunt vel Brunckii V. C. editiones Aesch. Sept. c. Theb. 1060. Sophocl. El. 160. 823. 1430. Oed. Col. 1678. ad Plut. Arist. 117. et pluribus locis Comoed. Aristoph. Schützius V. Cl. in Comment. ad Aesch. T. II. p. 970. ss. In Terent. Heaut. 3, 4, 15. s. (vbi plurima Faernus, et cum eo edd. Bipontini innouarunt, distinguo et leui mutatione facta scribo (cf. Cl. Schmieder. Not. ad vers. germ. eius loci p. 90. s.):

Ch. Quid tum? Sy. Cliniam orat —
Chr. Sibi vti id *nunc* det?
Sy. Illam illi tamen
Post daturam — mille nummum
poscit: —

Chremes quaerit, num Bacchis rogauerit, vt argentum soluat Clinias statim; tum Syrus, cuius oratio interrupta fuerat, addit, velut in parenthesi posita: sed Bacchis promittit tamen postea demum se puellam illi tradituram; tum docet quantum poscat. Pluribus locis Cl. Schmiederus in versionibus trium Terentii fabularum, quas cum notis edidit (Andriae, Adelphorum et Heautont.) rectius personas distinxit, (vt Andr. 5, 4, 24. s.).

y) Sic Plato in didacticis dialogis paucis verbis responderi iubet ad interrogationes Socratis longiores. Hinc in Lyside T. V. p. 239. ed. Bip. l. 3. post καὶ ἐμοί, ἔφη, plene est interpungendum, et verba: καὶ ὅτε τἀγαθὸν τἀγαθῷ — γένοιτο sunt Socrati tribuenda. Alia est ratio dialogorum Luciani, in quorum nonnullis item poterit meliori distinctione personarum interdum ipsa vis confabulationis adiuuari.

z) Qualem Cl. *Wolfius* praemisit editioni Symposii Platon. descriptionem personarum p. XL. ss. (Lips. 1782. 8.) aut *Gedikius* Menoni (Platonis Dialogi IV. — curauit Biester. Berol. 1790. nonnullis etiam Lucianeis *Wielandus* V. Cl.

vtrum e ſua an aliena ſcriptor perſona dixerit, appareat, ne vel verba eius corrupta vel ſententiam obſcuram eſſe, queramur *a*).

§. 10.

Vocabulorum autem ſingulorum et verborum perperam ſcriptorum atque adeo cum melioribus, ſenſus acuti iudicio, codicibus etiam inuitis *b*) commutandorum, non vna eſſe reperitur cauſa et ratio,

a) In Horatii Sermonibus non pauca eius generis, quae poeta ab aliis dici, aut moneri, aut obiici ſibi fingit, vt Serm. 1, 1, 51. At ſuaue eſt ex magno tollere aceruo; 4, 34. ſſ. vbi vna haec obſeruatio, eſſe illa dicta hominum *in Horatium* monſtrare poterat, antea non *poetas*, ſed *poetam* eſſe legendum; v. 48. ſſ. Qualia bene notauit nuperrimus vernaculus interpres. Neque deſunt ſimiles loci in aliis ſcriptoribus, vbi obiectiones, admonitiones, dicta aliorum ficta inſeruntur verbis ſcriptoris ipſius. Quantum vero ad ſententiam recte percipiendam et aeſtimandam valeat, iſta tenuiſſe, non eſt cur copioſe doceam. Multos id fefellit Intpp. Paulli Ep. ad Rom. VII, 7. ſſ.

b) In Xenoph. Symp. 1, 8. Autolycus puer iuxta patrem ſuum, atque adeo idonea ex cauſſa, accubuiſſe dicitur, οἱ δὲ ἄλλοι, ὥσπερ εἰκὸς, κατεκλίθησαν. Neceſſario poſtulatur aut εἰκῇ (temere) aut ὡς ἔτυχον (v. Ern. ad h. l.), aut ὡς ἔτυχεν, aut quod minus recedit a vulgari ſcriptura, eſtque a Weſtono in Hermeſianacte p. 123. ſ. propoſitum, ὥσπερ εἶχον. Mihi tamen hic ad ſimilitudinem vulgatae et nouae lectionis minus reſpiciendum eſſe videtur, cum putem, ὥσπερ εἰκὸς a librariis ex praecedente paragrapho eſſe intruſum. In Eurip. Iphig. in Aul. 449. ſcribitur: Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς (τοῖς δυσγενέσιν) ἔχει Ἄνολβα τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν Ἄπαντα ταῦτα· quod vltimum ferri prorſus nequit. Iis quae ad eum locum iam a me collecta ſunt, addo, Lipſium ad Tacit. Ann. 3, p. 233. Ern. ſcribere Ἄναντα ταῦτα. Si legatur οὗ δὲ γενναίῳ φύσιν repeti poſſit ῥᾳδίως ἔχει, ſed incommodo loco part. δὲ poſita fuerit. Itaque nunc vnice placet, quod Weſton. l. l. p. 85. coniecit: Ἄπαρνα ταῦτα. Emendauerat iam dudum Giſb. Koenius (ad loca Iur. ciu. ap. Oelrichs I, III, p. 17.) verba Manilii 2, 571. Inque odium generat partus et mutua *bella;* ſed Stoeberus, infeliciſſimus Manilii editor, ita concoquere potuit vulgatum — mutua *velle*, vt ne notam quidem ſelectam adiiceret. In eodem poeta 4, 197. Koenius eodem loco bene ſcripſit: *Hinc* et ſcriptor erit — Contra in Cic. Epp. 5, 12, 11. ſi vel omnes codd. exhiberent, quod Graeuius vnius auctoritate probauit; gratiamque illam, de qua ſuauiſſime quodam in prooemio ſcripſiſti, a qua te *deflecti* non magis potuiſſe demonſtras etc. tamen vel ſenſus bonus doceret, aut *flecti* aut *effici* poſtulari. Caeterum ſatis tritum eſt, nonnullas VV. DD. emendationes verborum poſtea nouis melioribusque codd. collatis eſſe confirmatas.

ratio, fontes plurimi, modi innumeri. Vnde non ſpero defore, qui, cum reputauerint ſecum, qui fines libello huic ſint ſcripti, probent conſilium meum illos errores errorumque fontes ita perſtringendi, vt, quam multas rationes in promtu habere iudicium noſtrum debeat, intelligatur. Nam, vt nihil dicam de facillima ſingularum litterarum ob ſimilitudinem figurae, quae ipſa non eadem omnibus temporibus atque locis fuit *c*) permutatione, aut ſyllabarum et vocum, quarum pronunciationis maxima eſſet affinitas *d*) confuſione, aut

c) Exempla e Graecis plurima congeſſit Guil. Canterus in Syntagm. c. I. e Latinis Morel Elemens de Critique p. 77. ſſ. quem tamen mallem in ſcriptoribus optimis magis, quam in Patribus Latinis, eſſe verſatum. Neque vero litterarum minuſcularum ſolum, ſed et maiuscularum ratio habenda eſt, inprimis vbi de antiquitate erroris agitur. Et de figuris quidem litterarum Latinarum diuerſis diuerſa aetate ſatis conſtat Auctores Noui Operis Diplom. T. I., Aſtlium, et Trombellium (La Diplomatica p. 112. ſſ.) aliosque diſputaſſe, vt de Graecis Montefalconium, Placentinum, Havercampum (Syll. Scriptt. de lingu. gr. pronunt. I. p. 205.), Villoiſonum (in Prolegg. ad Apoll. Soph. et in Anecdotis Graec.) cuius Palaeographiam Graecam auide exſpectamus. Vnius vero litterae mutatio in aliam forte facta aut conſulto etiam commiſſa, dici vix poteſt, quam ſaepe ſententiam loci (maxime in iis vocabulis, quae vna quidem littera parum, vi ſua multum, differunt, vt ἔρως et ἔρις Soph. Oed. Col. 367.) aut pulchritudinem perdiderit. Sic λιπαρὴς et λιπαρὸς frequentiſſime confunduntur. v. Brunck. ad Soph. Elect. 451. Append. ad Toup. Emendd. in Suid. IV. p. 459. *accidere* et *accedere*, Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 3. 58. Vocabulorum εὐπρεπὴς, ἐκπρεπὴς et εὐτρεπὴς perpetua eſt commutatio. Valck. ad Eur. Phoen. 803. Brunck. ad Aeſch. Perſ. 830. Sept. c. Theb. 91. Vocabula ab α et ευ incipientia permutata docet Ruhnk. Ep. Cr. p. 13. In Meleagr. 13, 1. recte Cl. Schneider. reſcribi iuſſit: Στήσομ' ἐγὼ καὶ Ζηνὸς ἐναντίος pro ἐναντίον. Neque ego dubitaui in Pind. Olymp. 1, 97. reſcribere: μετὰ τριῶν τέταρτος πόνον, pro τέταρτον. Nam et numerus et res lectionem hanc commendare videbantur. Eleganter etiam Markland. Expl. vett. Auct. p. 258. in Horat. Epod. XVI, 51. veſpertinus mutat in veſpertinum, quod ad ouile referatur. In Theophr. Char. 23, 2. παραγενέσθαι in παραγίνεσθαι mutandum. Recte etiam in Callim. H. in Del. 94. Ruhnkenii auctoritate receptum eſt τορώτερον pro τομώτερον, fruſtra repugnante Gilb. Wakefield in Silua Crit. P. I. p. 8. ſſ. Delphis non edebantur oracula, quae τμητικὰ, ſed clara. Exquiſitam loci Poſidippi emendationem vnius litterae mutatione factam v. ap. Valck. Anim. Crit. in N. T. p. 331.

d) V. Kuſterus Diatr. Anti-Gronou. p. 20. Sic ληφθεὶς et λειφθεις indeque compoſita (v. Koen. ad Gregor. Cor. de Dial. p. 213.) ὄμμα et σῶμα (Vuyttenb. ad

aut denique de compendiis ſcribendi plurimis, vberrimis aberrationum turpiſſimarum fontibus *e*), quae quidem omnia in numeratis habere oportet eum, qui ſenſu ſuo et iudicio de lectione recte conſtituenda nolit falli: ſatis conſtat, frequentiſſime in eo peccaſſe librarios, quod partem vocabulorum et verborum ſcribendorum omitterent *f*), quod ſyllabas medias vel male repeterent vel negligerent *g*), quod

ad Plut. de S. N. V. p. 94.) et ὄνομα (Eurip. Oreſt. 1082.), ſedes et aedes (Drak. ad Liu. 5, 42, 1.); diphthongi maxime inter ſe et cum vocalibus ſoni adfinis commutantur. In Phaedr. Fab. 1, 16, 2. bene Gudius aliique pro mala videre expetit, reſcribi iuſſerunt expedit (probante etiam nuper V. D. in: Allgem. Litt. Zeit. 1791. n. 11. p. 38. qui nihil praeterea mutari vult, ſed velim eum mihi hunc ſcrupulum exemiſſe, qui ex nimis propinquo, rem *expedire* exortus eſt; ego expedire vix ſanum eſſe puto). Grammatici quoque veteres vocabula ſimilis ſoni inter ſe confuderunt (v. idem Kuſter. Diatr. A. Gron. p. 35. ſſ. et L. Bos Anim. ad Suid. p. 155.), quod ſi Mazochius tenuiſſet, non dixiſſet (ad Tab. Heracl. T. I. p. 183. ſ.) Heſychium αδηλητος et αδηλωτος a δηλος deriuaſſe; immo commiſcuit ille vocabula.

e) v. Valck. Anim. Crit. ad N. T. p. 365. ſ. Facius in Comm. ad Pauſan. emend. (Magazin für Schulen) p. 358. Hinc in Manil. Aſtron. 5, 736. Bentleius, Withofius et Schraderus (Emendd. p. 217.) ſcripſerunt: Sic etiam magno quaedam *reſpublica* mundo eſt, vbi ſine ſenſu vulgo legitur: reſpondere, defenſum tamen a Stoebero, recte propterea exagitato in Append. ad Toup. Em. in Su. IV. p. 453.), et Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 53. Vell. Pat. 2, 30. *Romani nominis* docet in *Reip. omnium* abiiſſe. Singulae quoque compendiorum notae commutandis vocabulis ſaepiſſime dederunt occaſionem. Nam aut eae notae confundebantur inter ſe facile, aut librariis non intelligebantur. Qua de re latiſſime diſputari poterat, ſi voluiſſem. Add. notae numerales confuſae. Drak. ad Liu. 3, 24, 10.

f) Factum hoc inprimis eſt, vbi ſyllaba ſequentis vocabuli prima eadem erat vltima praecedentis. v. Drakenb. ad Liu. 5, 19, 4. 4, 6, 11. Accidit idem in ſingulis litteris, Weſſel. ad Diod. S. II. p. 423. ſ. Valck. ad Herod. p. 267. Drak. ad Liu. 5, 6, 13. 24, 1. Sed frequentiſſimi hi errores ſunt. Praepoſitiones quoque verborum compoſitorum non raro exciderunt. Brunck. ad Soph. Electr. 1264. Ant. 618. Aeſch. Sept. C. Theb. 784.

g) v. Lennep. ad Phalar. Epp. p. 257. Inprimis ex ſyllabis geminandis frequenter vna eſt omiſſa. v. Liu. 2, 34, 5. et Drak. ad 2, 24, 6. add. Doruill. ad Char. p. 470. ſ. Lipſ. In Lyſiae Orat. c. Andoc. T. V. p. 195. ed. Reiſk. recte nuper Augerius V. Cl. edidit (ex Reiskii coniectura): ἐλπίσαι· ὃν χρὴ πάντα ἄνθρωπον ὅντινα καὶ ἑαυτῷ — ἔσεσθαι, vbi vulgo habetur ὄντα. Ex eodem fonte fluxit permutatio vocabb. potiſſimus et potentiſſimus.

quod litteras vel adiicerent perperam vel deeſſe iuberent *h*); quod voces et ſyllabas vel coniungerent inepte vel ſtolide ſepararent *i*); quod

tiſſimus. v. Cort. ad Plin. 4, ep. 4, 1. Contra mediae ſyllabae non raro additae temere ſunt, vt ap. Diod. S. I. p. 9. vlt. pro *παραθήσομεν* in quibusdam codd. eſt *παραμυθήσομεν*.

h) In Soph. Antig. 30. ſine ſenſu erat olim *εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς*, quod vna littera adiecta praeclare Burton. ſanauit, *εἰσορμῶσι*, nec minus feliciter in eiusd. Oed. Col. 1197. Brunck. cum Tyrwhitto ſcripſit *λεύσῃς* pro *λύσῃς*. Eidem Viro docto in Ariſtoph. Ecclеſ. 2. *ἐξηρτημενον* pro *ἐξητημενον* corrigenti fruſtra obloquutus eſt Weſton in Hermeſian. p. 78. ſ. Saepe etiam alibi vel littera *ι* vel iota ſubſcriptum cum litt. *ρ* confuſa ſunt. v. Pierſon. praef. ad Moer. Att. p. 21. et Valck. ad Eurip. Phoen. 1470. Elegantius etiam in Tibull. El. 1, 1, 75. legetur: Flebis et arſuro poſitum, *mea* Delia, lecto, non vt vulgo: *me*. Illud etiam placuiſſe video Cl. de Rooy Anim. ad Mart. p. 185. cui tamen minime adſtipulari licet, dum (p. 72.) in Hor. Od. 3, 24, 34. reponit: Sublatam ex oculis quaerimus *inuidis*, vna litera adiecta. Nimirum perperam V. D. coniunxerat *τὸ inuidi* cum ſolo verbo *quaerimus*, cum tamen ad vniuerſam ſententiam ita eſſet referendum: nos qui praeſenti virtuti inuidemus, incolumem odimus, ſublatam quaerimus. Contra aeque frequenter librarii adiicienda male littera peccarunt. Ita in Pind. Ol. 9, 83. vnice reſtitui debuit *φερτάτω Κρονιδᾶν* pro *φερτατων*. *λυγρὸν* et *ὑγρὸν* confundi docet Valck. ad Eur. Phoen. 1448. Inprimis in geminatione litterarum ſaepius peccatum eſt. Sic Cic. Epp. 7, 18, 7. male pro *afuturus* multi codd. *affuturus* exhibent.

i) Conſtat enim libros olim vna eſſe ſerie ſcriptos, vnde mala vel diviſio vel coniunctio, vbi ſeparatim voces ſcribebantur, non potuit non plurimos gignere errores. Sic Liu. 5, 6, 7. pro mediocre diſcrimen, cod. Leid. exhibet: medio credis crimen. In Soph. Oed. Col. 1455. ed. Ald. habet: *τάδε πήματ' αὖθις αὔξων*, ſed Cod. vnus Brunckii *ταδ' ἐπ' ἤματ' α. α.* vnde non improbabiliter efficiatur *ταῦτ' ἐπ' ἤματι*, quod nec Brunckio diſplicuit. In Pſeudo-Plutarch. de Plac. Philoſ. 2, 25. quod recepi *κατοπτροειδὲς* pro *κατὰ τὸ πυροειδὲς*, id poſtea intellexi etiam Valckenarium conieciſſe Anim. crit. ad N. T. p. 330. In Ariſtoph. Ran. 1440. (1488.) e Bern. Iunt. editione bene reſtitutum eſt a Brunckio *κἆτ' ἔχοντες ὀξίδας* pro vulgato *κατέχοντες τ' ὀ.* Nec minorem plauſum tulit lectio Ruhnkenii in Hom. hymn. in Cer. 450. *εἰς δ' ἄρ 'Ράριον ἷξε*, vbi codex exhibebat *εἰς δ' ἄρα ῥίον* — et quod Huetius in Apoll. Rhod. 1, 285. coniecerat *κενεοῖσι* pro *κεν ἑοῖσι*, recepit in texta Brunckius. In Aeſch. Prom. 865. perperam duae voces *σώμαθ' ὧν* in vnam *σωμάτων* coaluerant vulgo, et v. 866. vnum *δεδέξεται* in *δὲ δέξεται* diuiſum erat, iudice Brunck. cui adſentitur Schützius. V. iidem ad Aeſch. Perſ. 192. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 39. vbi Eueni verſiculus, qui in prouerbium abiit e cod. Med. Artemidori ita reſtituitur: *Ἢ δέος, ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.* Vulgo ſine ſenſu: *Ἴδε ὅση λύπη* — Miror vero Santenium in Callim.

quod particulas et vocabula sibi satis nota et frequenter vsitata temerarii confunderent *k*), ignota contra et exquisita nomina et voces, modos

lim. h. in Apoll. 51. non recepisse, quod vnice verum est: ἔπι μύκαδες (pro ἐπιμύλαδες). Ἐπὶ κέρως abiit in ἐπικαίρως Thuc. 6, 32. 50. ad quem vtrumque loc. vid. Ducker. et Wyttenbach. Ep. Crit. p. 7. In Cic. Epp. 5, 20, 8. Cl. Benedict edidit: Erat enim curae tum nobis pecunia Valerii etc., quod in codd. inuenerat aut curatu, aut curatum, aut curaetum. Sed fateor mihi nondum persuasum esse, vt vulgatam abiicerem. Sed in Theocr. 1, 109. vulgato ἐπεὶ καὶ et Eldickii ἐπ' ἄγκεσι longe praefero, quod *Eichstadius* meus, Vir humaniss. cui elegantem de Idylliis Theocriti libellum debebimus, coniiciendo assecutus est ἐπ' ἀκτᾶ, sed scribo praeterea: Ὤδωνις χ' ὡραῖος ἐπ' ἀκτᾶ μᾶλα νομεύει. Plane hoc expressit Virg. Ecl. 10, 18. Contra male syllabae separatae sunt. In Xen. Mem. 3, 9, 5. receptum tandem est: ἄλλο ἀντὶ τούτων οὐδὲν προελέσθαι, pro ἄ. ἄν τι e certissima Valckenar. (quem vide p. 247.) emendatione. Add. Iacobs. ad Eurip. p. 185. ss. Saepe vero praua coalitio syllabarum et vocum nouis erroribus locum dedit. V. Rooy Anim. ad Mart. p. 91. Nec infrequentior est litterarum mala coniunctio vel disiectio. In Antipatri Thessalon. Epigramm. (I. XI. p. 14. Sterh. T. II. p. 116. Anal. Br.) vanum illud ποικιλότερπε σαφ' ὑπνῶσαι Eldickius Suspic. p. 27. mutauit in ποικιλότερπες ἀφυπνῶσαι quod ita Brunckio probatum est, vt recipere non dubitaret. Exquisitas aliorum epigrammatum emendationes ex eodem fonte ductas exhibet Ruhnkenii Ep. Crit. I. p. 119. 122. Perperam vero ex praua Aldina lectione Soph. Philoct. 48. μολεῖν Vauvilliers fecit μ' ὀλεῖν. Sed plurima alia vide ap. Valcken. Diatr. in Fragm. Eur. cap. 25. et Bondam. Var. Lect. L. 2. c. 2. Vbi α priuatiuum vocabulo male adhaesit praecedenti, facile patet, quantum detrimenti sententia passa sit. v. Valck. Diatr. p. 283. Anim. Crit. in N. T. p. 390.

k) Ita Aeschin. c. Timarch. p. 45. T. III. Reisk. mihi quoque cum Wolfio videntur perperam librarii pro καθαρῷ διαλέγεται στόματι dedisse σώματι. τέκνον et παῖς confunduntur Eurip. Phoen. 18. 1437. In Xenoph. Oecon. 8, 4., ubi στρατιὰ ἄτακτος dicitur φίλοις ἀκλεέστατον ὁρᾶν hoc ferri nequit, iudice etiam Zeunio, qui ἀγλευκέστατον suadet legendum. Vir doct. in Bibl. Crit. Amst. VIII. 43. mavult ἀηδέστατον. Equidem putem scriptorem dedisse ἀτερπέστατον ὁρᾶν, sed supra §. 3. vbi θεᾶσθαι ἀτερπὲς exhibetur, e Suida restituendum θ. ἀγλευκές. In Eurip. Hec. 607. pro ναυτικὴ ἀναρχία olim lectum est (et recte quidem) ν. ἀταξία vt ex Dion. Chrys. et Philostr. docet Wyttenb. Ep. Cr. p. 61. *Torquere* et *torrere* saepe a librariis mutata sunt, ubi de amore sermo est. v. Heyn. ad Tib. 1, 4, 81. Burm. ad Prop. 3, 4, 39. Particulae frequentius etiam inter se confusae sunt, non modo vsitatiores (vt ἢ et ἦ et εἰ, haud et aut), sed et minus frequentes (vt ὡς ἂν et ἔς τ' ἂν Brunck. ad Soph. Phil. 1330. cui, dum pro ἡ δὲ in Apoll. Rh. 1, 1145. 3, 112. reponit ἠδὲ, minus adsentior, quia ab initio periodi legitur.) Sed haec, vt et permutationem Aduerbiorum et Adiectiuorum (Nodell. Not. Crit. p. 65. Wesseling. ad Herod. p. 482.) casuum

modos loquendi atque formas verborum, in notiores ipsis et vulgares commutarent *l*), non sine sententiae, et elegantiae orationis grauissimo detrimento. Quorum quidem errorum nunc vnus alterue in loco quodam ab iis, a quibus codices nostri scripti sunt, nunc plures simul commissi, omnem loci virtutem pessime corruperunt. Iam, quo genere erroris id euenerit, et coniicere facile et perite docere, hoc vero maxime est subtilioris iudicii et sensus sagacioris, quo quidem continetur illa vis et facultas feliciter suspicando inueniendi lectionis prauitatem et emendationem, toties celebrata, nec vni naturae dono debita. Nam partim diligenter ponderanda cuiusque vocabuli et verbi et particulae in quoque loco vi, comparata reliqua scriptoris oratione et vel oppositionis *m*) vel relationis *n*) dicto-

casuum nominum, maxime epithetorum (Nodell. l. l. p. 80. f. Brunck. ad Soph. Oed. Col. 61. quae confusio casuum vel ab inscitia vel a similitudine litterarum vel ab adiectione aut omissione earum profecta sensus acerrimum postulat iudicium), numerorum (Singularis et Pluralis, Wass. et Ducker. ad Thuc. p. 170.), modorum atque formarum, maxime rariorum, graduum etiam, nunc vel memorasse sufficiat. Saepissime enim librarii efficere studuerunt, vt omnia vocabula (quae tamen differre debebant) genere numero et casu conuenirent. v. Drak. ad Liu. 4, 44, 5. 6, 3, 8.

l) Sic verba διαφρεῖν, ἐκφρεῖν, εἰςφρεῖν ap. Comicum saepe sunt in διαφορεῖν, ἐκφέρειν, εἰςφέρειν mutata. v. Brunck. et nos ad Arist. Au. 193. Wolf. ad Demosth. Or. Lept. p. 276. Add. Pierson. praef. ad Moer. p. 34. Brunck. ad Soph. Oed. Col. 277. Et nominum propriorum, quae vel inter se, vel cum aliis vocabulis commutata sunt, examinari possunt exempla, quae suppeditant Ruhnk. ad Rutil. L. p. 5. ss. 34. 88. Heyn. ad Tib. 1, 10, 11. inprimisque Ev. Wassenbergh. in Diss. phil. crit. de nominibus hominum et locorum propriis librariorum culpa, aliisue de caussis in vett. scriptt. libris frequenter oblitteratis aut vitiatis, Franequ. 1790.

m) Ita in Soph. Ant. 40. vulgatum θάπτουσα Critici omnes vanum esse iudicarunt ex opposito λύουσα. Ex eodem oppositionis sensu Santenius (Bibl. Crit. Amst. p. 69. P. III.) in Tibull. 1, 5, 89. (Brukh. 1, 5, 47.) malebat: Vidi ego, qui *iuuenis miseros risisset* amores, Post Veneris vinclis subdere colla senem. At eo loco non in singulis vocabb. quaerenda est, sed in tota sententia, quam, non cum Heynio, hanc esse puto: illudere miseris iuuenibus amantibus; et poeta scripsit, credo, lusisset, quia *rides* proxime praecedit. Add. Brunk. ad Eur. Mede. 218.

n) V. C. in Eurip. Suppl. 531. verba ὅθεν ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο patet vana esse; si ad sequentia referantur, v. Mark-

dictorum ratione habita, partim sedulo cognoscendis optimorum Criticorum vel iudiciis de certo quodam loco, vel artibus et modis, quibus emendarunt locos scriptorum deprauatos; atque in vsum conuertendis suum, efficiet veterum auctorum interpres, vt ipse subtiliter iudicare valeat, quid corruptum, quoue modo peccatum, qua artis ope loco sententia et integritas et pulcritudo restituenda, sit. Sed vt eumdem sensum criticum in aliis excitet atque acuat et moderetur, opera danda erit, 1) vt semper doceat lectores ea, quae legunt, comparare cum iis, quae vel ipsorum ratio, ingenium atque sensus decernit, vel scientia linguae et litterarum accurata suppeditat, vel consilium et virtus loci cuiusque exigit; id quod primum tentandum erit in locis iis, quorum deprauatio statim deprehendatur, restitutio facillima sit *o*), donec progredi ipse possit ad ea loca pertractanda, ad quae longe exquisitius et diuturniore vsu conformatum iudicii acumen afferri debeat *p*); 2) vt mature cognoscantur

Markland. Expl. Loc. aliquot p. 249. f. vbi vnice verum est, quod Toup. Em. in Suid. I. p. 234. ed. nou. proposuit. Apud Cic. Tusc. 1, 48. cum Nodellus non videret in verbis: Iphigenia Aulide se duci immolandam iubet; *Aulide* esse ad *immolandam* referendum, locum sanum esse negauit in Obss. Crit. libello.

o) Quo pertinent ii, in quibus vocabula a sententia aut ab vsu scriptoris prorsus aliena leguntur. Nam posterius genus inepto argumento defendit Scheller. Obss. in scriptt. prisc. p. 43. 104. In Cic. Epp. 5, 12, 9. quod multi codd. habent, quam *imprudenter* faciam, primum verba legenti patebit facile, non ferendum esse. In Soph. Ant. 4. οὔτ' ἄτης ἄτερ sententiae repugnare, interpretaturus certe intelligere potuit.

p) Saepe enim dubitatio existere potest, rationibus criticis ponderatis omnibus, quid sit praeferendum. In Hesiod. Scut. Herc. 203. vulgo erat: θεῶν δ' ἕδος ἁγνὸς Ὄλυμπος, quod Heinsius in ἄγνυτ' Ὀλ. mutauit, quem secuti sunt Editores plerique (cum vernaculo interprete, Cl. Vossio Hamburg. Musenalman. 1790. p. 9.). Inuenit tamen vtraque lectio suos, neque ineptos, defensores. v. Schlichtegroll über den Schild des Herc. nach der Beschreibung des Hesiodus p. 59. ff. et V. D. in Allgem. deutsch. Bibl. V. 97. P. I. p. 249. f., qui subtilissime iudicauit. Mihi nec ἁγνὸς nec ἄγνυτ' h. l. probatur. Quaero aliud verbum. Dubitabat etiam de Rooy Anim. Crit. p. 150. f. vtrum in Mart. 10, 2. *pigra* an *nigra* dicenda sint Lethes flumina. Ad τὸ fugies exquisite lectum videbitur *pigra*. Sed in Tibull. El. 2, 1, 89. retineo *nigra somnia*, quantumuis blandiatur Cl. Iacobsii emendatio (Anim. in Eur. p. 35.) *nixa*, quod quidem mihi verbo venire (somnia veniunt incerto nixa

tur omnes errorum a ſcribis commiſſorum fontes atque varietates *q*). In quibus reperiendis, examinandis, tentandis, corrigendis, ſi ſaepius exercita fuerit aduleſcentium mens et ratio, elicietur ille, quem quaerimus, aleturque diuinus ſenſus. Cuius quidem ipſius recti et veri ſenſus vis, ſi vſu diligentiſſimo aucta fuerit atque confirmata, ea etiam facillime et ſponte percipiet peccata, quae grammaticae rationis vnice eſſe putantur, vt temporum conſecutionis atque modorum, quod *ſextum* eſt aberrationum genus, admodum frequens *r*).

 Itaque

nixa pede, minus conuenire videtur; neque v. 46. eiusd. El. cum eodem V. D. Specim. Emend. p. 65. veſano in *ſecuro* mutauerim. In Catull. Epith. Pel. et Thet. 272. rectius Mitſcherlichius V. Cl. Lect. in Catull. et Prop. p. 120. ſ. iudicauit, vix definiri poſſe, vtrum Catullus ſcripſerit: Aurora exoriente vagi ſub *lumina* ſolis, an ſub *limina*; quam G. D. Kölerus V. doctiſſ. (in Sammlung ausgewälter Poeſien aus den alten lat. Dicht. I. Th. vbi commentario vberrimo illuſtrauit hoc Epithalamium) qui alteram lectionem ſimpliciter repudiat. Mihi certe exquiſitius dici videtur Aurora ſub limina Solis h. e. ea parte, qua Sol exoritur, prodire, quam Zephyrus ſub lumina Solis h. e. Sole exoriente, incitare vndas (nam recte Mitſch. vidit, in vulgata lectione eſſe poſt *exoriente* interpungendum).

q) Bene enim Muretus Var. Lect. 15, 16. p. 364. T. II. Opp. ed. Ruhnk. „Iis, qui ſe veterum ſcriptorum quaſi medicos quosdam eſſe profitentur, noſſe expedit, quibus potiſſimum modis veteres librarii peccare ſoliti ſint, vt latentia hulcera, quae in optimis quibusque ſcriptoribus inueterarunt, ſagacius deprehendant."

r) Contrahitur enim talia diligenter obſeruando atque notando facilitas quaedam ſtatim iudicandi, quod tempus, qui modus, verbi a ſcriptore bono poni debuerit. In Graecis poſt Daweſium, Brunckius, in Latinis Erneſtius, optimi erunt duces, aduerſus cuius decreta de temporum conſecutione cum quaedam ſubtiliter monuiſſet Heuſingerus in praef. ad Cic. Offic. edit., acerbe Schellerus diſputaſſet, digna illa erant, quae a Reizio retractarentur, huic quoque labori immortuo. Maxime in Latinis ab interprete efficiendum eſt, vt ſenſus ille exiſtat, ne noſtrae linguae ratione decepti aberremus. In Cic. Epp. 5, 20, 22. nec *poſſet*, nec *deceſſimus* ſollicitandum eſt. Illud pendet ab Inf. reſcripſiſſe, hoc a verbis, *depoſitis rationibus*, h. e. deceſſimus, vbi rationes depoſitae erant; ergo non deceſſeramus ſcribi poterit. In Cic. Verr. Act. 1, c. 14. ferri nequit, quod Graeu. habet, *arbitrarentur*, niſi *ablaturum* ceperis pro *ablaturum fuiſſe*. Itaque arbitrentur potior eſt lectio. In Eiusd. Epp. 3, 13, 6. optime editum eſt ab E. et aliis: Vellem ita fortuna tuliſſet — ſi *velim* ſcripſerit, ſequi debebat *tulerit*. Defendit tamen bene Benedictus V. Cl. Epp. 7, 23, 16. deinde — vt feſtines, non feſtinares, quia nunc de prae-

Itaque subtilior interpres hoc agat, vt sensu suo et iudicio adulescentes examinent lectiones, et quae vel praeferendae vel repudiandae sint videant s), exerceatque eos, quibus scriptores interpretatur, non tam in fragmentis emaculandis, quam librorum totorum oratione deprauata, excutiendaque variarum lectionum et coniecturarum farragine t); ipse suis monitis regat ita haec studia, vt ne nimis ingenia luxurientur, nec indulgeatur libidini omnia, sana, corrupta, mutandi, corrigendique ipsos scriptores v), vt a vestigiis lectio-

praesenti tempore sermo est. Sic et in Ouid. Met. 6, 504. Mandabat pariterque suae *dedit* oscula, scribendum, ob ingratum sonum, qui in vulgata, *dabat*, est. Nescio cur in Hor. Ep. 1, 4, 6. Nodello Not. Crit. p. 92. non videatur ferri posse: *eras* et *dederunt*. Idem perperam (p. 97.) in Ouid. Am. 3, 1, 57. *mersit* in *mergit* mutari vult, cum illud e graeca ratione sit accipiendum. Neque enim postulabit conuenientiam temporum in quoque loco is, qui vel aliquem harum rerum vsum habeat. Saepius etiam plusquamperfecti Indicatiuus modus perperam est in Subiunctiuum mutatus. v. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 107. In Call. h. in Apoll. 41. sine idonea causa videtur pro πάντ' ἐγένοντο propositum esse a Viro docto πάντα γένοιτο. Tum vero Optatiuus praecedere debuisse videtur. De modorum diuersorum copulatione cf. Ouwens Noct. Hag. p. 45. Huius grammaticae rationis vsum eum puto existere posse, vt sentiatur facile, si quid soloecum sit. Cf. Brunck. ad Arist. Conc. 255.

s) Vim elegantis dicti Martialis (Epigramm. 2, 2, 8. s.) non percepit de Rooy Anim. ad Mart. p. 17. Apud Poetam censor aliquis obiicere fingitur, vitia esse tamen mala, siue a poeta siue a librario profecta; tum poeta: non nego quae manifesta sunt, largior mala esse; nunc addenda erat excusatio seu defensio, sed in alia nos vertit, quae est vis epigrammatis, dum addit: tua carmina non meliora sunt. Quam eleganter haec sic enunciantur:

„Ista tamen mala sunt." Quasi nos manifesta negemus;
Haec mala sunt — sed tu non meliora facis.

Quam prae his friget Royi coniectura:

Ipsa tamen m. sunt. Qu. n. man. negemus,
Nec mala *sint*: sed tu etc.

Afferrem, si per spatium licuisset, exquisitas aliquot criticas animaduersiones ex eodem genere ad Ouid. Metam. l. 1. e Bibliotheca philos. et elegant. litt. Turicensi vernaculo sermone edita, nimisque cito intermissa Vol. III. P. I. p. 72 — 81. sed commendari eas ad sensus iudicium exercendum maxime vellem.

t) Hinc diligens varietatis lectionum adnotatio ab editore non erit negligenda. Saepe enim vel absurda lectio melioris vestigia aut praesidia continere reperitur.

v) Qui Criticorum labores, inprimis superiorum temporum, cognouerit, non ignorabit eos saepius docuisse, quomodo auctor

lectionis corruptae, nisi multa sint, quae contrarium suadeant; non longius iusto recedatur *x*), vt, quam orationem cuiusuis scriptoris vsus et cuiusque scripti natura vel postulet vel admittat, semper cogitetur *y*), vt denique iudicii seuerioris, quod fertur, causa et ratio semper pateat luculenta atque idonea *z*). Vtetur autem prudentia ipsius hanc in rem praesidiis vel explicandae varietatis lectionum e plurimis codicibus in nonnullorum scriptorum classicorum, Latinorum maxime, editionibus adlatarum *a*), vel comparationis diuersarum rationum, quas Critici eumdem locum tractantes, commenti sunt

auctor scribere potuerit. Callimachus in h. in Ap. 65. scribere quoque poterat: Φοῖβος καὶ βαθύλησον ἐμῷ πόλιν ἔφρασε Βάττῳ, non tantum βαθύγειον ἐμὴν πόλιν. Cogitandum etiam erit, potuisse vel optimos script. nonnunquam labi. v. Ouwens Noct. Hag. p. 12. 19. ff. Alia igitur erit emendatio verborum ipsorum scriptoris, alia crisis vitiorum si quae commiserit.

x) Sic in Soph. Oed. Col. 307. vbi vulgatum βραδὺς εὕδει ferri nequit, coniectura Brunckii (βρ. ἕρπει) hoc nomine praeferenda erit Eldikii βρ. σπεύδει. Cfr. Ruhnkenium ipsum sua vineta caedentem Ep. Crit. p. 33. Neque tamen hoc eo valet, vt semper putemus leni nos defungi medela posse. Fieri enim potuit, vt semel corrupta vocabula per plures librarios etiam magis corrumperentur.

y) Sic, si quis Comici poetae orationem emendare velit, multa verba in ea reponi poterunt, quorum vna Comicis propria sit vis (vt v. φθείρεσθαι, et inde ductorum, v. Brunck. ad Arist. Eccl. 248.), quaeque in aliis scriptoribus locum non habeant. Vnde nondum mihi persuasit Ilgenius V. D. in Hermesianactis Elegia recte a se (v. 92. p. 10. s. Anim. ad Hermes.) repositum esse ἐξεκόρησ' ἀνίας pro ἐξεπόνησ', in quo ne haesit quidem Westonus. Nam ratio verbi ἐκκορεῖν Comica est; (v. Brunkium ad Ar. Thesm. 760.) neque locum hic habere potest. Lego: ἐκ δὲ βαθείης ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεκόμισσ' (vel ἐξεπέρασ', quod actiue sumatur) ἀνίας, et βαθεῖαν ψυχὴν de mente alta perscrutante intelligo, in qua eae curae (curae iuuenum Hor. A. P. 85.) leuiores exstiterant. Neque minus animum aduertendum est ad discrimen lyricae, epicae, tragicae, epigrammaticae, oratoriae, epistolicae, eius quoque, quae ex alio scriptore imitando expressa est, dictionis; nec si idem scriptor formula quadam aut orationis genere in certo quodam vsus est libro, illa putanda sunt omnibus eius scriptis, omnibus locis, conuenire.

z) Quanquam enim non nego, omnes sensuum tuorum et iudiciorum rationes et recessus explicari oratione saepe non posse; tamen vel hoc ipsum patere debet, cur explicari verbis nequeant.

a) Vt Poetarum Latinorum principum, Liuii, Ciceronis quoque, e Graecis Tragicorum, Theocriti, Thucydidis,

ſunt *b*), vel examinationis ineptarum, quas temeritas vel inſcitia, effudit, coniecturarum *c*). Monſtrata diligenter ratione et modo ſenſus critici adhibendi non poterunt non, quorum erecta ſunt ingenia, pro ſe quiſque exornare commentando ſentiendi et iudicandi facultatem et expolire.

§. 11.

Vt vero editorem non decet locorum, quae vel ſunt corrupta vel eſſe deprauata videntur, emendationem aggredi, niſi qui et iuſta linguarum veterum exquiſitaue ſcientia praeditus, et ſenſu non recto modo atque integro verum etiam ſubtili acutoque ſit inſtructus *d*): ita in promtu eſt, effici ab interprete potiſſimum debere, vt lectores ſenſu ſuo percipiant omnes loci cuiusdam omnium verborum veras rationes, quo facile iudicent, quae ſit ſcriptoris mens, quae ſententia. De quo quidem *exegetici ſenſus*, quem breuitatis

b) Exemplo ſint quae ad Hom. h. in Cer. 23. prolata ſunt, coll. Wakefield in Silua Crit. I. p. 13. qui ἀγλαοκαρποι non inepte tuetur, ἑταιραι probat; aut coniecturae in Archeſtrati Epigr. a Weſtono p. 16. ſ. prolatae, vt alia omittam.

c) Sic facile ſentiri poteſt, parum bene ab eodem Weſtono p. 97. ſ. in Eurip. Iphig. Taur. 189. ſſ. legi: Τίσις ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλέων Ἄρχει. Nam nec ſententia inde ducta nec illa compoſitio Ἄργει — Ἄρχει ferri poteſt. Scribo leniſſima mutatione:

Ἔῤῥει φῶς σκήπτρων
(οἴμοι πατρῴων οἴκων·)
Πρὶν τ' εὐόλβων (aut τῶν πρ. τ' ε.)
Ἄργει βασιλέων
Ἀρχά.

Nec v. 186. cum Iacobſio nec v. 188. cum Markl. et Musgr. οἴκων muto. Ad meum ſenſum eleganter ſe excipiunt: Ἀτρειδᾶν οἴκων — πατρῴων οἴκων, ſurgit enim ita oratio in Ἀτρειδᾶν — πατρῴων. Aliam ineptam Rooyi coniecturam caſtigantem vide R. Ouwenſium in Noct. Hag. p. 108. ſ.

d) Egregie Brunck. ad Soph. Oed. Tyr. 1274. T. I. p. 383. (ed. tertiae) „Niſi quis inuita Minerua criticam exerceat, antequam locum aliquem veteris poetae emendare aggrediatur, verborum non ſingulorum ſolum vim ac poteſtatem, ſed vſum tropicum, idiotiſmos linguae et ſenſum vniuerſum perſpexiſſe debet." Nec minus bene V. D. in Turicenſi Bibl. litt. philoſoph. Vol. III. P. I. p. 65. „Wer mit ſichern Tritten dieſe Bahn (der Berichtigung und Beurtheilung der Dichter) betreten will, der muſs nicht nur einen geraden, ſondern auch einen ſcharfen Blick, und nicht nur einen richtigen, ſondern auch einen feinen Geſchmack haben."

vitatis causa appellaui, interpretatione excitandi genere oportuit me nunc breuius, quam voluissem, disserere. Vidi autem reuocari vniuersam praeceptionem ad haec *quatuor* posse capita. *Primo* enim interpres curabit, vt intelligatur recte, in quo vocabulo, quaue dicendi ratione, aut obscuritas aut ambiguitas vere insit, numne ea a scriptore studiose quaesita *e*), an neglegenter admissa *f*), an inde orta sit, quod, quo respiciatur, quo modo, quo respectu, scripta quaedam aut pronunciata fuerint, nunc non satis patet *g*). Saepe enim ipse vocis sonus et corporis gestus dictorum sententiam iuuant

e) Huc non modo ea dicta pertinent, quibus petuntur, quos aperte aggredi non licet, sed alia etiam quorum omnis vis, lepor, facetiae atque ioci ex vocabuli amphibolia pendent, in quo genere vel nimium fuisse constat Aristophanem (v. ad eius Aues, 392. 400. Brunck. ad Lys. 60.), sed haec venustatis ratio nec aliis displicuit; alia quoque, ioci causa, in Comicis maxime, contra, quam accipienda sunt, dicuntur (v. Eustath. ad Hom. Iliad. p. 1226, 15. et Ducker. ad Arist. Ran. 91.); tum turpes obscoenaeque sententiae interdum verborum ambiguorum honestate teguntur (v. de πάντα ποιεῖν, ἔσχατα πράττειν, Wassius ad Thucyd. p. 504, 3. ed. Duck.); nonnunquam natura eorum, quae dicuntur, obscuritatem ambiguitatemue postulat, vt in oraculis, aut vatum dictis, v. c. Tiresiae Soph. Oed. T. 346. 440. ff. Virg. Ecl. 4. interdum artis est, orationem obscuriorem reddere, ne statim id intelligatur, quod serius deprehendendum est, vt in multis fabulis, aut in epistolis Ciceronis, praesertim iis, quas belli ciuilis tempore scripsit.

f) Quo pertinent constructiones in longioribus inprimis periodis saepe mutatae, additi verbis et praepositionibus diuersi nominum casus (Wessel. ad Herod. p. 334, 74.), loca in quibus non grammatica praecedentium ratio, sed significatio et sensus spectatur (πρὸς τὸ σημαινόμενον, Wessel. ad Diod. S. T. II. p. 162.) eiusque generis alia.

g) Sic locum Aristoph. Conc. 196. ff. docuit Brunck. obscurissimum esse, ob monumentorum historicorum penuriam. Idem Comicus non raro respicit ad versiculos poetarum, maxime Tragicorum, nobis nunc ignotos. Occurrunt etiam in classicorum Latinorum scriptt. libris quaedam subtilius et ex sensu decori atque honesti vel vniuerso, vel eo, qui tum erat, dicta, quae non omnibus statim patent. Sic in Cic. Brut. 73. init. male Schellerus Obs. in prisc. script. p. 31. mutari voluit elegantissima verba, quae eo exquisitiorem, quo minus omnibus patet, Ciceronis laudem continent: hanc autem gloriam testimoniumque Caesaris, tuae quidem supplicationi non, sed triumphis multorum, antepono. Non intellexerunt haec vel librarii vel editores, qui *tuae quidem supplicationi non solum* rescripserunt. Ad talem subtiliorem elegantiam dictorum inprimis attentum esse interpretem oportet.

iuuant *h*); quae quidem nos nunc signis quibusdam in scribendo indicamus, veteres, certe librarii seriores, monstrare notis certis noluerunt *i*). Sed diuersarum obscuritatis caussarum eo maior erit ratio habenda, quo magis inde ipsa praesidiorum sententiae indagandae pendet diuersitas. Aut enim omnes linguae cuiusdam copiae perquirendae erunt, vt veram vocabuli et formulae vim deprehendas, aut mythologiae et historiae antiquae promtuaria aperienda, vt inde, quae ad locum intelligendum valeant depromas, aut solae scriptoris et loci rationes, quas περιστάσεις appellant, expendendae, vt videas quid sibi ipse voluerit. *Deinde* in eo quoque iudicii seueritas sensusque subtilitas exercenda est, vt, quae vis et significatio vocabulorum et formularum cuique loco conueniens et apta, quae vnice vera sit, facile reperiatur *k*). In quo plurimum referre, vtrum sagacioris sensus

h) Vid. Ouwens Noct. Hag. p. 61. f. In Soph. Oed. Col. 195. et lectio et interpretatio loci inde pendet, quod sedens Oedipus fingitur. In Cic. p. Ligar. c. 10. recte Auctores Bibl. Turicenses saepius laudatae T. III. p. 200. f. verborum: legatus ante bellum profectus — tuus, intelligentiam veram explicant ex natura sedatioris declamationis. Obseruandum vero etiam est, ex qua persona quidque dicatur.

i) Vid. Christi. Andr. Eschenbachii Diss. de praecipuis vett. Criticorum σημειώσεσι 1787. recusa non modo in eius Diss. Acadd. verum etiam in Syntagmate secundo Dissertatt. philologicarum (Roterod. 1700.) p. 283. ss. et praeter multos alios Villoisonus in Anecd. Gr. T. II. p. 130. 183. f. et Prolegg. ad Hom. p. XIII. ss. Verum vel haec signa pertinebant magis ad versus spurios, corruptosue, vanas lectiones, voces rariores, orationis figuras quasdam, egregie dicta, notanda, quam ad intelligentiam verborum ex obseruatione pronunciationis aut motus oculorum et oris iuuandam. Et quanquam Grammatici graeci in libris, quos discipulis interpretabantur variam interpungendi rationem notabant (Villois. Anecd. II. p. 136. ss. et Append. ad Epist. Vinarienses, 1783.) suntque non paucae notae diacriticae inventae: tamen nec earum eadem fuit ad sensum iuuandum vis, quae nostrarum est, et a plerisque antiquariis libri sine vlla distinctione scripti sunt. Quare iudicauerim, editores scriptt. vett. in hoc genere posse recte sequi recentiorem consuetudinem. Quod enim Graevius (ad Cic. Epp. 8, 2.) querebatur, recentiores hoc in genere antiquioribus esse negligentiores, id in editiones superiori saeculo curatas bene dictum est.

k) Eam in rem non tantum de compositione aut etymologia vocabuli subtiliter iudicandum, sed inprimis scriptoris vsus et loci natura examinanda, vt quae significatio conueniat, videas, cavendum-

sensus facultate gaudeas nec ne, vel aberrationes eorum ostendent, qui prorsus ineptum significatum verbis tribuendo, aut argutando, loci

N 2

vendumque est, ne e corruptis locis significationes verbis adfingamus (cf. Ruhnk. Ep. Cr. p. 34. s.) Vocabulo εὐθυμάχαν in Pind. Ol. 7, 27. (quod non dubitaui distinctione mutata ad Diagoram referre) Wakefield in Silua Crit. I. p. 76. tribuit significationem, quae nec analogiae Pindari nec sententiae conuenit, dum vertit *legitimum certatorem*, qui omnes leges certaminis obseruat, male huc relato loco 2. Tim. 2, 5. Nam εὐθυμάχης est, qui recta pugnat, recta hostem aggreditur (id quod etiam verba rec. Schol. ὁ ὁμόσε χωρῶν τῇ μάχῃ καὶ μὴ εἰς δειλίαν νεύων sibi velle videntur); nam eam vim εὐθὺς in compositione apud Nostrum habet, vt εὐθύγλωσσος ἀνὴρ Pyth. 2, 157. εὐθύπνοος ζέφυρος Nem. 7, 42. et quae tandem ista Diagorae propria laus fuerit, quod leges certaminis obseruet? In eodem poeta Ol. 9, 72. vbi ἔγειρ' ἐπέων σφιν οἶμον est, sensit Cl. Gedikius οἶμον non posse cum plerisque accipi de via, sed postulari aliud nomen, et cum vocem, οἴμην, non οἶμον, dici sibi persuasisset, elegantem proposuit coniecturam ὖρον, verum, vt videtur, non necessariam et aliquanto abhorrentem ab huius loci simplicitate. Mihi vero οἶμος atque οἴμη primum idem significasse videntur, scilicet vocem, et proprie quidem lugubrem; neque enim hanc vocabuli signif. deriuo a verbo οἴω, a qua altera (*via*, quae ducit, Lennep. Etym. L. Gr. II. p. 646. et Hemsterhus. ib. p. 651. s.) repetitur, verum ab οἴ μοι siue οἴ, vnde etiam (cum Horo in Etym. M. p. 619, 26.) deduci puto οἶτον, vt οἴζω et hinc οἶκτος (auctore Lamb. Bos Diss. de etymologia linguae gr.) ab eo descendunt. (Plura enim et Graeci et Latini cum aliis populis vocabula et verba deriuarunt a litteris vel syllabis affectum indicantibus, v. Valk. Diatr. in Eur. Fr. p. 20. s.). Deinde vocem siue cantum in vniuersum indicauit, quam significationem Etym. M. p. 618. ineptissimo modo vocab. οἴμη adsignat, (add. Tzetz. ad Lycophr. p. 3.); Hesychii Lexicon docet, ipsum vtrique formae vtramque significationem tributam reperisse. Sic in Hom. Hymn. in Merc. 450. est τῇσι χοροί τε μέλουσι καὶ ἀγλαὸς οἶμος ἀοιδῆς, vbi perperam cod. Mosc. ὕμνος &. v. Ruhnken. Ep. Crit. I. p. 28. Notauerat vero iam Spanhemius ad Call. in Iov. 78. p. 62. T. II. οἶμον non semper de via, verum etiam de voce, cantu, modo, dici. Neque idonea erat caussa, cur Wakefield l. l. p. 17. tentaret sanam vocem ἀσμένῳ in Aesch. Prom. 22. cuius vim ita non percepit, vt vel sagaciores interpretes notaret, reponeretque frigidum ἡμμένῳ. Scilicet si in promtu habuisset vel ea, quae accurate disputauit Wyttenb. Ep. Crit. p. 27., intellexisset ἀσμένῳ in his pro ἀσμένως dici, idque loci sententiae optime conuenire. Neque feliciores fuerunt populares eius (Markland. Musgrau. et Westonus in Hermes. p. 100.) aut Reiskius etiam noster, dum in verbis Eurip. Iph. in Taur. 353. Αὐτοὶ κακῶς πράξαντες tautologiam repererunt, quam emendando tollerent. Sensus est: infeliciores fortunatis male cupiunt, propterea, quod ipsis male est; vt in Fragm. Belleroph. K. I. Φθονοῦσιν, αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες, quod et ipsum male ibi vertitur: *Inuident ipsi indolem*

loci sententiam peruerterunt, quiue corrigendo deprauare lectionem optimam ausi sunt. Erunt vero ab interprete, qui eam sensus subtilitatem excitare et acuere velit, haec maxime obseruanda: 1) prouidere eum oportet, vt vsum vocabulorum proprium et translatum

lem deteriorem nacti. Immo sequens versiculus docet sensum esse: inuident, quia ipsi deterioris sunt conditionis. In Soph. Oed. T. 153. ipse Brunck. olim coniecerat, legendum esse ἐκπέταμαι φοβερὰν φρένα, quod, quam aptam loco vim haberet vulgatum ἐκτέταμαι, non certo sensu perciperet. Intellexit postea idem valere ac ἐκπέπληγμαι, vel potius esse, vllo quodam animi affectu excruciari. Prosaicis scriptoribus Atticis frequentius eo sensu vsurpatur παρατείνεσθαι. v. Ruhnken. ad Tim. gloss. Plat. p. 206. ed. secundae. In Ouid. Met. 1, 373. errarunt, qui *mersas res* interpretati sunt de miseriis in vniuersum; nam loci ipsius natura docet, hic sermonem esse de rebus omnibus aqua tectis atque adeo submersis. Nec Cl. Vossius in Virg. Ecl. 7, 9. verba: caper tibi *saluus* et haedi, bene cepit, dum reddit (Hamb. Musenalmanach 1791. p. 30.): dein Bock ist *gesund*. Scilicet saluus indicat h. l. tutum; nam caper atque haedi deerrauerant; itaque metuebat Meliboeus, ne parum tuti essent. Torsit interpretes *irretortus oculus* Hor. Od. 2, 2, 23. quem ex meo sensu bene Ramlerus V. Cl. (Berl. Monatsschr. 1790. Mai. p. 388.) eum esse dixit, quem auri adspectus non magnopere afficit. Cf. Ouwens Noct. Hag. p. 369. Sed alia exempla significationis verborum verae iusto sensu perceptae peti possunt ex Intpp. Aesch. Prom. 912. Soph. El. 682. 1018. 1087. Ant. 781. 1176. Hom. h. in Cer. 228. et de ὀργὴ Ruhnk. Ep. Cr. p. 83. Quam saepe vero verba actionem indicantia, sed de consilio et conatu intelligenda, perperam sunt accepta (v. Brunck. ad Soph. Oed. T. 1454. Ai. 1126. Valck. ad Herod. p. 269. Arntzen. ad Arat. Act. Ap. 1, 95. Vulp. ad Catull. 60, 139.) aut ea, quibus altera notionis pars demitur ex loco, vbi leguntur? Vt vero certum est, vocabula et verba interdum habere praegnantem vim (v. Soph. Philoct. 328. cum Intp. Wess. ad Herod. p. 484. vnde vindicandus videtur locus Liuii 1, 23. *magnum deorum numen — orsum — in omne nomen Albanum* expetiturum h. e. vt equidem capio, animaduersurum et expetiturum ab iis poenas): ita cauendum est, ne, vbi non patuerit, scriptorem ipsum duplicem vim inesse vocabulo ioci causa voluisse, affingamus vni vocabulo in eodem loco duas significationes. v. Ouwens Noct. Hag. p. 112. Aeque diligenter cauenda est argutatio in explicatione formularum dicendi. v. Ern. ad Call. h. in Apoll. 106. Sed maxime etiam efficiendum est, vt causae significationis cuique loco conuenientis recto iudicio cognoscantur. Ita Ouid. Met. 6, 628. lacrimae coactae dicuntur, repressae, quoniam cum *inuitis* oculis iunguntur, quae Virg. Aen. 2, 196. (e Medic. Cod.) sunt vi expressae, vt humor coactus (Iuuen. Sat. 13, 133. Burgess. ad Dawes. M. Crit. p. 386.) dicitur. In Pindaro aliisque poetis quid χάριτες quoque loco sibi velint, eodem modo e reliqua oratione et sensu recto est definiendum.

latum non modo distinguere lectores veterum auctorum discant, verum etiam causas et modos translationis cognoscant, et, cur a propria vocabulorum vi discedendum sit, vere iudicent *l*); 2) consuescant, significatum vocabuli vniuersum ab eo, qui certo cuidam loco proprius est, tum significationem vocabulorum singulorum, ab ea, quae e iunctis existit, sententia, et proximam, quae inest, sententiam a remotiore, sentiendo separent *m*); 3) vt sensu acriore percipiant discri-

l) Non comprehendi omnia translationum genera hac adnotatione possunt. Itaque paucis defungar exemplis. In Cic. Tusc. 2, 14. verba qui iacet *in lecto humido* sunt Tragici poetae, quae siue ad Prometheum (qui apud Aeschylum certe eiulatus non edit) siue ad Philoctetem (qui ap. Sophoclem saepius luget) referantur, lectus humidus non erit, quem Schellerus Obs. p. 201. cogitasse videtur, sed rupes siue antrum, in quo iacet, humidum. Non dissimiliter Tantalus ap. Senec. Thyest. 71. carceris cubile memorat. Verbi ὑφαίνειν (et Lat. texere) varias tropicas significationes congessit Spanhem. ad Call. h. in Ap. 67. sed nullius vim et rationem satis exposuit. Aliter enim Vlysses δόλους ὑφαίνειν, aliter Apollo θεμέλια ὑφαίνειν dicitur. Verba, non modo acute et acerbe, dicta, sed et alia, maxime poetarum carmina, saepe comparantur cum sagittis, et formulae inde ductae ad illa transferuntur. v. Wyttenbach. ad Plut. de Sera Num. Vind. p. 4. Obseruatt. Misc. Bat. II. p. 187. et Bergler ad Arist. Plut. 33. Quae ratio cum sit Pindaro vsitatissima, patet partim Olymp. 9, 13. recte legi βέλεσσιν, non μέλεσσιν, partim non quaerendum esse, quomodo Iupiter ibi (v. 10.) dici possit, Musarum telis peti. In metaphorico vsu verbi ἐντήκειν (Soph. El. 1311. vbi v. Brunck.) illud maxime obseruandum erat, notionem *cerae* infusae non spectari, sed adhaesionis infusorum. Exquisitior est metonymia, qua mox in eadem fab. v. 1354. νεακόνητον αἷμα gladius dicitur, vnde non mirum, id adeo non esse omnibus intellectum, vt vel corrigere auderent. Poterat et hic ἅμα reponi (h. e. ἧμα, ἀκοντισμα) quod profecto Wakefield. Silu. Crit. p. 28. f. et huic et pluribus locis obtrudere ausus est. Maior etiam opera versabitur in dithyrambica oratione ad certas notiones reuocanda, vt Soph. Philoct. 693. vbi vulgata egregie Br. tuetur. Talia non bene explicare valebit, nisi quis ipse sit acriore poetico spiritu atque sensu instructus, multo minus causas translationum, ex ingenio concitatioris spiritus subtilius repetendas, indicabit. Facilius animaduertet, si communis vocabuli significatio vel nullam vel absonam reddat sententiam, ab ea ad tropicam esse confugiendum.

m) Discrimen sensus et significationis vocabulorum in interpretando diligenter esse obseruandum, satis docuit S. V. Morus, singulari diss. in Diss. Theol. et philol. p. 61. ss., sed, quod nunc quaero, hoc est, esse discrimen etiam obseruandum inter eam sententiam, quae proxime e verbis scriptoris, (maxime vbi tropica

discrimen *poeticae* aliorumque orationis generum, quorum quodque suam habet, et propriam, indolem, suum characterem, qui nisi iudicio nostro semper obuersetur, facillimum est, in interpretando errare

tropica singulorum verborum significatio est) existit, et eam, quae huius sententiae singulis partibus examinatis inesse reperitur, interpretemque oportere iudicium lectorum ita regere, vt facili sensu haec explicent. In Pind. Ol. 9, 58. f., quam varie acceptum sit, τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν Μανίαισιν ὑποκρέκει, patet interpretes consulentibus. ὑποκρέκειν enim est ex ipsa compositionis vi (cf. Lennep. Et. L.-Gr. I. 445.) leniter fides pulsare, ita vt submissior sonus edatur; quod fit, vbi fides tentantur sub cantus initium. (Differt tamen ab ἀναβάλλεσθαι de quo Intpp. Tho. Mag. p. 65. et Valk. ad Theocr. p. 96.) Leniter cithara canere est in Lucian. dial. mer. XV. T. III. p. 323. Iam μανίαις Ablatiuum esse puto, quasi dicatur φόρμιγγι ὑποκρέκειν, atque adeo tropica significatione remota sententiam hanc exprimi: leue tentamen, initium, fit insaniae, si quis intempestiue gloriatur: *zur Unzeit prahlen* (mit fremden oder eignem Ruhm) *ist ein Vorspiel des Wahnsinns*. Non enim valet συμφωνεῖν, συνᾴδειν, id quod vel expressa ex h. l. oratio Plutarchi (de discr. adul. et am. T. VI. p. 203.) docere potest: ὁ κόλαξ — ἀεὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πρὸς χάριν εἰωθὼς ὑποκρέκειν — μόνῳ παρέπεται τῷ βουλομένῳ συνᾴδων ἀεὶ καὶ συμφθεγγόμενος. Patet ex his ὑποκρέκειν et συνᾴδειν esse diuersa. Denique remotior sententia, quae exprimitur, haec est: μανίας ὅμοιον ἐστι, μανίᾳ ἐστιν ἴσον (vt Schol.), *insanientis* est. Saepius obseruatum legi πράσσειν pro πάσχειν poni (vid. v. c. Barnes. ad Eur. Orest. 537. Brunck. ad Soph. Oed. T. 1006.), recte, si ad remotiorem locorum, vbi occurrit, respicitur sensum. Εὖ πράττειν est pr. bene agere (res suas), hinc felicem esse, inde εὖ πράττειν τι felicem in re quadam esse, hoc (in Soph. Oed. T. l. l. ex ipsa serie verborum) valet tandem, beneficio affici, mercedem accipere, atque adeo εὖ πάσχειν. Sic contra πάσχειν pro ποιεῖν poni *simpliciter* dicitur. Debueram et ipse hac de re subtilius monere ad Arist. Av. 1044. Etenim facile fieri potest, vt hinc omnino nouae significationes verborum male confingantur. Non dissimilis est ratio dicti Cic. Off. I, 17, 12. omnes omnium caritates patria vna complexa est, quae Garuius V. C. ita reddidit, vt sententia remotior vtcunque expressa esse videri possit: aber die Liebe zum Vaterlande, die alle diese einzelne Neigungen in sich zusammen fasst, hat auch die vereinigte Stärke von allen. Nam propior haec verbis inest sententia: continere in se et concludere amorem parentum etc. quia et illi singuli ad patriam pertinent; sed hoc denique eo valet, vt, quemadmodum totum semper parte vna est potius, ita etiam patriae caritas superior caritate parentum etc. esse dicatur. A qua sententia aliquantum differt disputatio Socratis Plat. Crit. 12. quo loco certatim vsi sunt Cic. Intpp. Caeterum hanc obseruationem ab interprete N. T. quoque tenendam esse vel locus Rom. 5, 12. docere poterit. Cauendum vero est, ne, dum ita dicta

errare *n*), id quod vel diuersa iudicia de *epithetis o*) in carminibus poetarum docent. *Tertio*: cum saepe loca legantur, in quibus vel relatio

dicta scriptoris ad suam reuocamus sententiam, praetermittamus vllam quandam ideam quae adiuncta est (Nebenbegriffe, Nüancen), quod vitium est plerorumque vernaculorum interpretum.

n) Quantopere poeticus sermo a prosaico differat, id, credo, saepius vniuerse praeceptum, quam in quoque loco obseruatum, est. Nam Schelleri iudicium Obss. in prisc. scr. p. 9. s. „Poetae, inquientis, si differunt a prosaicis scriptoribus nonnisi fere vsu vocabulorum et constructionis eorum duriori differunt" id puto eum Virum doctum omnino valere de poetica oratione noluisse, qui non poterat ignorare multo exquisitiores esse in omni dicendi modo diuersitatis rationes. Eas vero et ipsa varias reddent diuersa poeseos genera, ita vt vel in fabulis Tragicorum non vna sit eademque senariorum, et monostrophicorum, et choricorum oratio poetica. Id quod inprimis tenendum iis est, qui recte iudicare de loci cuiusque dictione velint. Sic poeticus sermo multis verbis transitiuam tribuit significationem, quibus pedestris sermo non nisi neutralem concedit; v. Brunck. ad Apoll. Rhod. 3, 225. Soph. Aiac. 40. Audacior in hoc genere etiam Pindarus fuit, vt in vsu actiuo verbi πταιειν in fragmento p. 55. ed. Schneid. Epitheta maxime adhibuerunt actiua significatione. Idem poeticus sermo vni iunxit substantiuo epitheta, quae proprie ad alterum erant referenda (v. Anacr. 3, 22. Bos Anim. ad scriptt. Lat. p. 46. Vulp. ad Catull. 63, 50. vnde patet, quam male Koppiersius in Obss. phil. ap. Prop. 4, 11, 61. generosos vestis honores in generosae v. h. mutari voluerit. Contra hoc est poetico sermoni cum prosaico commune, quod interdum duobus Substantiuis vnum additur verbum, quod quoad significationem alterutri Substantiuo conuenit, sed et in hoc genere poetis licentia quaedam maior est data. v. Soph. El. 435. Oed. T. 271. Doruill. ad Char. p. 440. ss. Lips. Wessel. ad D. S. I. p. 270. s. ad Herod. p. 329. Multo maior in singulorum verborum vsu est diuersitas. Sic in Pind. Olymp. 5, 54. exquisitum verbum ἄρδει male est a Gedikio sollicitatum. v. Iacobs. Anim. ad Eurip. p. 132. (qui tamen ὄλβον ὑγιέντα minus recte accepisse videtur; est. *integra felicitas*, quae et ex opibus et gloria existit), Wyttenb. ad Plut. de S. N. Vind. p. 117. s. Saepe oratio poetica tribuit vocabulis multo latiorem vim, quam prosaica, vt Virgilius voc. *picturae* (Heyn. ad Virg. T. II. p. 159. ed. nouiss.). Interdum ea redolet antiquam simplicitatem, vt in pleonasmis et verborum et sententiarum, (v. Brunk. ad Soph. El. 734.) et vt quaeque carmina sunt antiquiora, aut illa maxime imitantur, ita frequentissime talia occurrunt, quae non nisi sensu priscae simplicitatis iusto explices. Sed habet et philosophica et historica et familiaris oratio suam indolem. Temporis quoque successio nunc latiorem nunc angustiorem tribuit vocabb. vim. Schneider. veb. Pindar. p. 62.

o) Non pauca epitheta ita a poetis adhibentur, vt absolute capienda sint, non relate ad eum locum, vbi habentur. Sic Ouid. Met. 1, 297. ancoram (in diluuio

relatio siue coniunctio singulorum verborum minus clar› sit et certa, vel omnis structura difficilis atque sententiae magis quam verbis accommodata: interpres docebit, obseruato nexu verborum, serie, oppositione, vi dictorum ex diuersa structura oriunda, denique simplici et natiuo orationis decursu, subtiliter iudicare, quo modo verissime sint verba scriptoris connectenda *p*). *Quartum* denique interpretis officium

luuio Deucal.) figi dixit in prato *viridi*, non, quod tum viride esset, sed quoniam prata per se sunt viridia, et v. 630. Sol sub terra *alta* esse dicitur, non relate ad ipsum. Hinc vexatum puto exponendum esse locum Virg. Aen. 1, 126. (cf. Heyn. Exc. ad h. l.) vbi poeta Neptunum facit *grauiter commotum* sensisse emissam hiemem, et tamen summa vnda *placidum* caput extollere. Ergone, qui iratus est, placidum habet caput? Non puto placidum caput proprium deo et perpetuum habendum esse, immo, quando maris fluctus componere vult, tum caput ei placidum tribuitur; itaque hic etiam conuenit, vbi quanquam indignatus tamen Aeneae causa placare mare constituerat. Fuerunt alia epitheta ita vsitata, vt quouis loco ea abhiberent, v. c. pius Aeneas, Virg. Aen. 1, 378. Hor. Od. 4, 7, 15. (vbi male b. Ianius argutatus est), vel vbi parum ad ornatum facerent. Contra aliis locis non absoluta est epithetorum vis, sed quae series verborum definire debeat. Ita Philomelae Ouid. Met. 6, 658. tribuitur *digna* facies h. e. digna ob quam Tereus amore exardesceret (655.); male enim ibi Cl. Gierigius explicuit. Sic *alba* hedera Virg. Ecl. 7, 38. bläßslich grünend, vt λευκωθεις de myrto Pind. Isthm. 4, 17. Nonnunquam resoluenda sunt, vt Catull. 63, 271. Zephyrus procliuas vndas incitat, h. e. ita vt procliuae fiant, bene explicante Mitscherlich. Lect. in Cat. p. 121. add. Ouwens Noct. Hag. p. 371. f. Saepe animaduerti difficillimum esse iudicare, vtrum epitheta proprie an translate et quomodo sint capienda, v. c. χρυσῦς, aureus, nunc de eo, quod auro obductum est, dicitur, nunc vel ad coloris vel ad praestantiae similitudinem transfertur. *Aurea* tamen *mala* Virg. Ecl. 3, 70. intelligo simpliciter, egregia.

p) Nunc enim quo pertineant singula vocabula, quibuscum coniungenda sint, non satis patet. In his censeo semper ad ea vocabula scriptorem bonum referri voluisse, quibus proxime sunt adiuncta. Sic Hor. Od. 2, 4, 2. *prius* vel cum *insolentem* vel cum *mouit* iungi potest, magno sententiae discrimine. Refero ad illud, cui proxime adest. Cum vi hoc quoque dicitur: Briseis et Achillem mouit, qui antea insolens fuit. In Soph. El. 1461. dubitari poterat, vtrum ἀνδρὸς τῦδε ad ἐλπίσιν an ad νεκρὸν pertineret. Grauior fit oratio priori relatione admissa. In Pind. Isthm. 1, 63. f. non discedendum ab ea, quam naturalis verborum ordo commendat, structura. Interdum quo casu accipienda sint vocabula dubitari potest. In Hor. Od. 4, 7, 19. f. verba, animo quae dederis amico, optime Ianius ita interpretatus est: quae tuo genio dedisti, quae tibi indulsisti (vt essent Datiui); nam continetur his quoque

officium in eo versabitur, vt, si quae occurrant figurae orationis, siue eae grammaticae sint, siue rhetoricae atque poeticae *q*), quae multae

que cohortatio ad fruendum bonis praesentibus. Quanquam igitur recte dici poterant ea auidas haeredis manus effugere, quae quis aliis donauit amico animo (casu sexto), tamen ei sententiae nunc non erat locus, nec minus elegans est oppositio inter heredem et tuum genium. In eodem poeta (Od. 1, 6, 7.) dubitatum est, vtrum *cursus duplices*, an Vlysses *duplex* dicatur; posterius recte Ianus atque Ouwens N. Hag. p. 81. praetulerunt. Locus etiam Hor. Od. 2, 2, 23. docet in eiusd. A. Poet. 82. proprium iambum dici ab Archilocho inventum, non rabiei s. satyrae proprium. Nonnunquam difficile est, Subiectum inuenire, vnde oratio pendeat. In Pind. Isthm. 1, 11. ὤπασε ad quem pertineret a Grammaticis dubitatum est (v. Schol.), aliis Apollinem, aliis Herodotum, aliis isthmum intelligentibus, aut lectionem etiam mutantibus. Recto sensu ista percipienti patebit, esse δειράδα Isthmi, quae praecedit, intelligendam. Frequentiores etiam sunt structurae variis de caussis difficiles, in quibus primum videndum est, vnde difficultas vere pendeat, tum comparata orationis serie mens scriptoris colligetur inuenieturque optima struendi verba ratio. In Eurip. Andr. 1094. ff. optime omnis sententia se habebit, si e seqq. φρουρὰν ἔταξαν etiam ad superiora refertur, (vt contra non raro ex praecedentibus quaedam repetenda sunt, v. Soph. El. 525. Ant. 520. 557.). Nonnunquam structurae ad significatum verborum, non ad verba accommodatae sunt. v. Brunck. Soph. Philoct. 64. Interdum ipse concitatior animi affectus iussit scriptorem, poetam inprimis, vti inusitata verborum structura. In his vel maxime sensus acuti iudicium regnat. Solent vero ab optimis scriptoribus constructiones variari atque inuerti, ita vt etiam a recta oratione ad obliquam, et contra, transeatur (cf. Toup. ad Longin. 27. p. 200.) vnde non erat, cur Nodellus locum Ouid. Am. 3, 4, 27. s. tentaret (Not. Crit. p. 104.).

q) Tales sunt: v. c. Hyperbata (Pind. Ol. 10, 35., vbi v. Pauw. Arist. Conc. 106. Soph. Phil. 1140.), Hypallagae (Valck. ad Eur. Phoen. 657. Brunck. ad Soph. Oed. T. 817. 823. qui ipse ad Philoct. 324. monuit aduersus interpretes male eas admittentes) Enallagae casuum (Brunck. ad Aesch. Prom. 217.) vel generis (quando non ad sexum spectatur, Soph. El. 399. 977. Markl. ad Eurip. Suppl. 170.) numerorum (Pluralis pro Singulari, inprimis frequens poetis), absoluti vel Nominatiui (Soph. El. 690. Oed. T. 278.) vel Accusatiui (Wessel. diss. Herod. p. 157. Markland. ad Lysi. T. V. p. 132. Reisk. Drakenb. ad Liu. 5, 41, 8.), ellipses verae neque fictae (inprimis integrorum vocabulorum, quae vox aut gestus supplet; vt Eur. Iph. Taur. 827. ex nostra ratione ita scribendum: ὦ φίλτατ' — οὐδὲν ἄλλο (scil. λέγω) — φίλτατος γὰρ εἶ, quae male Markl. sollicitauit; aut vbi e superiori voce aliquid subintelligendum, vt ex part. *ne* interdum repetendum *vt*, v. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 46.) aposiopeses (v. Soph. Ant. 567. Ouwens Noct. Hag.

multae sunt, quarumque cognitio ad sententiam, saepe etiam lectionem loci, non parum facit, eas ita lectoribus vel monstret vel exponat, vt de veritate earum et vi subtiliter iudicare possint, discantque ipsi suo sensu eas in aliis quoque locis et percipere et explicare. Atque haec quidem vniuerse tenenda sunt. Nam de iis, quae in singulis spectanda sint, partim non potest hic a me praecipi, partim quaedam colligentur ex iis, quae infra posita sunt, exemplis. Sequitur enim vnusquisque scriptor suam quamdam dicendi sententiasque nectendi et proferendi rationem, suas imagines, sua orationis lumina, quae omnia et nosse et indicare oportet scriptoris interpretem, si verborum illius iustae interpretationis sensum lectoribus vel instillare vel elicere velit *r*). Adiuuabitur autem ea opera sensus

Hag. p. 46.) oratio abrupta et affectui cuique animi accommodata (Pind. Isthm. 4, 1. coll. cl. Gurlitt, in dem humanist. Magazin 1788. p. 171. Soph. Aiac. 77.) vel interrupta etiam ab aliis; euphemismi (Theocr. Id. 1, 105. cum Valck.) ironiae (quarum neglecta obseruatio non potuit non in errores perducere interpretes; ita recte in Cic. N. D. I, 25. extr. verba *nihil horum nisi callide* tuitus est Schellerus Obs. in pr. scr. p. 208. aduersus Ernestum eo, quod obseruauit ironice esse capienda), eiusque generis plurimae aliae. Sed vt in Comico explicando maxime obseruandum est, quo quidque tendat, ita in aliis quoque scriptoribus in conuersiones orationis singulares iudicium intendendum est. Ita noua illa conuersio in Virg. Ecl. 3, 109. (et quisquis amores Aut metuet dulces aut experietur amaros) sunt ἐκ τῦ ἀπροσδοκήτυ, cuius saepe studiosi sunt optimi poetae, explicanda; tum non carebunt sua vi et suauitate. Dicitur hoc: vterque vestrum praemio est dignus; nunc voluerat (praeter exspectationem) addere: et quisquis de amore canit; sed quoniam, qui vel metuunt sibi ab amatis puellis ne deserantur, vel eas acerbas experiuntur sibi, canunt de amore; hinc noua illa ratione sententiam exprimit. Velim id ita non displicere subtilissimo interpreti Virg., vt mihi versiculi placent.

r) *Pindarus* v. c. lubentissime vel praemittit vel postponit sententias vniuersas et locos communes, qui non semper satis nexi videntur cum reliqua oratione, iis quae singulatim in laudem vnius hominis dicuntur; nonnunquam etiam ea, quae vniuerse dicuntur, vnice, certe potissimum, ad eum referenda sunt, de quo agitur. (v. Isthm. 3, extr. Schneider. Versuch über Pindar, p. 63. ff. Idem laudes heroum copiosas praemittere solet indicatis serius heroum nominibus (Isthm. 4, 94.), et frequenter vrbium nomina in Nymphas conuertit, ita vt in eodem loco coniungat, quae vel nymphae vel vrbi conueniant (Ol. 7, 130.). *Aristophanis* ingenium captauit quamque

ſus iuſti et ſubtilis in explicatione verborum et ſententiarum excitandi non parum comparandis recte et vtiliter atque illuſtrandis ſimilibus vel eiusdem, vel aliorum ſcriptorum, locis.

§. 12.

Reſtat, vt breuiſſime moneatur, quo ſit ab interprete ſpectandum, vt veritatis et venuſtatis ſubtilem et facilem excitet ſenſum. Et *primo* quidem nullum paullo grauiorem locum boni ſcriptoris praetermittet, quin vel ipſe inquirat, vel lectores inquirere iubeat in *veritatem* aut *veriſimilitudinem* cum *ſententiarum* tum animi *ſenſorum*, interpoſito ſuo iudicio, quod vſus optimorum ſcriptorum et recta ratio confirmauerit. Qua ſaepius inſtituta examinandi exercitatione promta exiſtet atque ſeuera iudicandi facultas. Neque vero nunquam cogitabit, veritatis iudicia cum in decretis tum in ſenſibus,

 quan-

que opportunitatem ad nomina, mores, verba, dicta, ſententias, res geſtas, vel vniuerſe, vel ſingulatim in quoque loco occurrentes, alludendi, et iocorum facetiarumque inde occaſionem petendi, vt interpres diligentiſſime debeat iudicium et ſenſum ad haec omnia conuertere, quo vis loci percipiatur. In *Theophraſti* characteribus et brachylogia quaedam et negligentia orationis iubebit lectorem ita ſe inſinuare in eius cogitandi ſentiendique rationem, vt explere omnia et in communem vitam vocare poſſit. *Iſocrates* amauit periodos implicitas et ita conſtructas, vt artificium admirer, virtutem non laudem, vid. v. c. Panegyr. c. 13. et ad eum locum S. V. Morus. Longe diuerſa eſt periodorum vel in Demoſth. vel in Cicer. orationibus ſtructura. Poetarum Alexandrinorum ingenia maiorem artis quam naturae commendationem quaerebant. Quantum hoc nomine vel Apollonii Rhodii ornamenta et imagines ab Homericis diſtant! Nam qui in Homero vnice verſatus fuerit, ei puto ſaepe Apollonii poeſin non intellectum iri, certe placituram non eſſe confido. Iam vt cuiusuis ſcriptoris ingenium ad ſenſum aptiſſime ex ipſis eius ſcriptis cognoſcitur (diſputationes autem de ſingulari cuiusque ſcriptoris ingenio hoc potiſſimum efficere debent, vt omnis, quae ei propria fuit, cogitandi, fingendi, ideas rerum formandi, ſentiendi, ratio, non dictionis modo ars, pateat): ita iuuabit iudicia noſtra non parum comparatio vel eorum ſcriptorum, quorum ingenia ſimillima eſſe reperiuntur (vt Pindari et Aeſchyli, v. Schneider. Verſuch über Pind. p. 128., adde, Senecae Tragici) vel eorum, qui imitati antiquiorem auctorem ſunt (v. Ruhnk. Ep. Crit. I. p. 125. 150.), non quorumvis, neque in ſolis verbis, aut ſententiis et loquendi modis vulgaribus.

quanquam vniuerse et ex natura ipsa producta possunt informari, tamen reperiri admodum differre ratione temporum et hominum, quibus scribitur, aut operum, quae componuntur *s*). *Deinde* aeque diligens instituat necesse est examen subtilitatis, perspicuitatis, ordinis, sublimitatis, venustatis atque elegantiae cum orationis vniuersae, tum singularum imaginum, vocabulorum bene lectorum, numeri atque rhythmi, ratione ita habita, vt singulorum ornamentorum caussa et conuenientia percipiatur. Si quid vero contra rectum pulcri sensum fuerit peccatum, id non modo non negligendum, sed

s) In his 1) et ante omnia ad *nexum sententiarum* respiciendum est, vnde iudicium de earum veritate omne pendet. Sic in Cic. Orat. 1, 53. Vir doct. in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. p. 16. s. et Scheller. Obss. p. 16. desiderabant definitam sententiarum consecutionem, quam V. D. in Bibl. Turicensi litt. philos. vol. III. p. 384. s. recte exposuit, dum, quod diligentior loci consideratio facile docebat, *commendasset* cum verbis *extulisset* et *dixisset* ad *Galbam*, *moueret* ad pupillum Galbae, refert, cuius pater clarissimus est ille C. Sulpitius Gallus. Nunc historica etiam loco constat veritas. v. Liu. ep. lib. 49. In eiusd. scriptoris Orat. p. Milon. 31. verborum, *neque in his corporibus — inest quiddam, quod vigeat* et *sentiat*, *et non inest in hoc tanto naturae*, *tam praeclaro*, *motu*, male a Graevio aliisque tentatorum, haec est sententia, ac si scripsisset: est profecto diuinum numen; neque enim credi potest, in nostris corporibus imbecillibus esse vim, quae vigeat, quaeque faciat, vt moueantur, sed in mundo, cuius tam praeclarus sit motus (vt adeo causa praeclara esse debeat) nullam vim mouentem esse. Nunc conclusionem verissimam esse popularis certe philosophia concedet. 2) videndum est, a quonam proferatur, aut ex qua persona dicatur aliquid. Nunc enim quaedam scriptor ipse suo iudicio obsecutus proponit, nunc aliorum exprimit sententias. 3) examinandum, quam vim in sententiam propositam habeat aut conditio eius, qui dicit (Soph. Ant. 941. cum Brunck.) et sensus, aut reliqua oratio, cui interiecta est, aut iudicium ingeniumque priscae cuiusque aetatis (ita Hor. Od. 1, 37, 29. cogitur Cleopatram, quanquam hostem, laudare propterea, quod ipsa sibi manus intulerat, iudicio aetatis accommodate, quanquam loco isti minus apta laus Cleopatrae videri poterat). 4) discrimen eius quod cuique scriptorum generi proprium est, iudicii et sensus veritatis, obseruandum erit. Imaginationis vis poetas saepe iubet a communi statuendi ratione discedere (Heyn. Exc. ad Aen. I. p. 132.), nec ea postulabitur a poeta decretorum aut narrationum veritas quae ab historico et philosopho. In sensorum animi, quae exprimuntur, veritate examinanda, ad cuiusque sensus naturam propriam et vt ita dicam gradum, ad cuiusque affectionis animi vim et modum, ad temporum et aetatum diuersitatem erit respiciendum. Sed haec vel indicasse sufficiat.

sed animaduersione seuera castigandum est; quo sentiatur, non tantum quid sequi, verum etiam quae vitare, conueniat *t*). Sed in iudicio de oratione scriptoris formando erit summa illa ars maxime declaranda, qua classici scriptores ita eminuerunt, vt cuique loco

t) Omnino excitandum est verum et acre iudicium de iis, quae ipsam sententiam, ipsum animi sensum, constituunt, ab inuolucris et ornamentis variis, poeticis maxime, aut quae iis sunt similia, separandis. Exempla varii Platonis mythi, et quae poetico spiritu de ideis dicit, praebent. (v. Biester. V. Cl. Excurs. ad Plat. dial. IV. p. 71. s. Deinde efficiendum, vt quaeque orationis virtus ex eius loci, vbi legitur, ipsarumque rerum, quae traduntur, natura recte aestimetur. Multum enim interest, quo loco quaeuis imago, ornamentum quodque sit adpositum, et vel splendidissima imago, inepto adhibita loco, reprehendenda erit; in quo genere seriores poetae Graeci saepissime, et Latini Graecis frequentius, lapsi sunt. Sunt vero etiam nonnulla exornationis genera ita poetis familiaria, vt in eorum vsu (quemadmodum de epithetis obseruauimus) aliquid sit consuetudini dandum; (vt, quod saepissime cursus fluminum cum draconibus comparantur, v. Ruhnk. Ep. Cr. p. 106.). Nec raro contra, nouitatis causa, inuertitur illa vulgaris ratio. Sic Homerus saepius seditionem militum cum maris tumultu comparauit (Il. 2, 184. ff.), quod non sine arte Virgilius (Aen. 1, 148. f.) inuertit; nam Romanis tumultus populares notiores fuerunt maris fluctibus. Porro caussae etiam virtutum orationis, atque imaginum, in quoque loco erunt indicandae, maxime vbi a nostro sensu alienae magis esse videntur. Sic Pind. Ol. 6, 37. ff. cur sibi cantaturo voluerit (vere lyrica audacia) ἡμιόνυς iungi, et πύλας ὕμνων iis aperiri, causa petenda inde est, quod celebraturus erat victoriam plaustro *mulari* reportatam. Cf. Schneider. l. l. p. 126. Exquisitae sunt, quibus vuas exornat Ion Chius in Elegis (Athen. p. 447. Brunck. Anal. I. p. 161.) imagines, quas parum bene auxit emendatione sua Weston. Hermes. p. 36. Tum in his quoque ornamentis magna regnat ingeniorum diuersitas. Eadem valet in numeris orationis et versuum, in quibus diiudicandis omnia redeunt ad aurium sensum, qui, quamuis nobis pronuntiatio antiquorum non satis sit certa, tamen non omnino erit respuendus. Diuersi vero sunt Tragici et Comici numeri, hi solutiores, seueriores illi (v. Ruhnken. Ep. Cr. p. 175.), Ouidiani atque Propertiani (Burm. praef. ad Lotich. et in Not. p. 266. s. et ad Prop. 1, 7, 4.), epici atque lyrici, et in lyricis quoque numeris et rhythmis affectionum animi diuersitas non erit negligenda. Numerorum autem et euphoniae maxime studiosi erant Attici, (v. Brunck. ad Soph. Ant. 1161. Oed. Col. v. 7.) in quorum sensus vix quisquam penitius intrasse videtur Bentleio (v. eius Epp. ad Hemsterh. nuper a Ruhnkenio vulgatas p. 90. ff. 98. 103.). Ea vero etiam ab interprete erunt exponenda, quae in vllam quandam recti et elegantis sensus legem peccent, nimia orationis vbertate, ornatu inepto, splendi-

et rerum conditioni, naturae cuiusque sententiae, cuiusque animi motus et sensus aptissimam plerumque effingerent orationem *v*). *Tertio*, quod est subtilioris et a vulgari ratione aliquanto remotae Critices, compositionem et adornationem, atque pretium integrorum operum et singularum eius partium ita examinabit, vt iudicare lectores suo sensu valeant, num plene omnia et recte pertractata, conuenienter singula collocata et disposita sint *x*); num partes operum

dis pannis, frigidis imaginibus, lusibus ieiunis, tumore inani, qualia vitia vel vna Ouidii lectio satis multa suppeditabit, quo confirmentur magis iudicia certa de vera pulcritudine. Sed alii quoque optimi scriptores non ab omnibus sibi cauerunt vitiis, aut lusibus ineptis. Sic supra iam notatum est, eos interdum in etymologia vocabulorum nimium haesisse. Add. Schneider Versuch über Pindar. p. 122. et 92. s.

v) Examinari eo modo possunt duarum mulierum vehementissimae orationes, in quibus, quantum affectus surgat, optime conspicitur, Didonis (Virg. Aen. 4, 362. ss.) et Philomelae (Ouid. Met. 6, 533. ss.) cum multis Monologis apud Tragicos Graecos. Seruauit nobis egregium Monologi e Neophronis Medea fragmentum Stobaeus, emaculatum a Brunck. ad Eur. Mede. 1062.

x) In dispositione operum integrorum examinanda respiciendum maxime erit ad vim, quam vniuersum opus exserere debebat. Nam alia erit adornatio scripti, quo mens nostra instruenda est, alia eius, quod animum potissimum afficere debet; tum oritur etiam interdum peculiaris quaedam carminis librive compositio inde, quod tempori reliquaeque rerum conditioni, inservire auctorem oportuit; nec vna eademque esse potest carminis adornatio, quod concitato spiritu effunditur, et operis quod sobria mente componitur. Quae vt probe obseruentur, cognoscendae sunt disputationes de argumentis et tractatione eorum ab interpretibus quorumdam auctorum in vtramque partem institutae. Quantum autem ad intelligentiam et ad iudicium certum intersit, in consilium et rationem scripti omnem penetrare (den Gesichtspunct zu fassen, aus welchem Plan und Ausarbeitung betrachtet werden muss) dici vix potest. Sic Cl. Ramlerus (Berlin. Monatsschr. Mai 1790. p. 385. ss.) vbi sumserat, carminis Horatii 2. l. 2. Od. primarium argumentum esse in laudibus Proculeii, finxit, poetam multa vniuerse cecinisse, ne semper nominaret Proculeium. At si quis subtilius examinauerit odam, sentiet, credo, Proculeium non principem obtinere locum (es ist nur ein Nebenbild). Memini amicum quendam interpretantem Pythagorica aurea carmina, dum sectabatur editorem vetustiss. gnomicorum poetarum vnum, omnia peruertisse. Scilicet ille ipsi persuaserat versuum singulorum arctissimum esse debere nexum, atque adeo centonis illius esse debere iustam adornationem. Cauendum vero est, ne iudicium nostrum regi iubeamus verborum, quae leguntur

male a librariis Grammaticisque aut coniunctae aut separatae habeantur *y*); num digni libri reperiantur auctoribus, quorum nomina eduntur; sin minus, cui aetati, cui scriptorum generi, adtribuendi sint *z*). Quod vt facilius fiat, tentandum primo erit in minoribus aut

ornatu, vbi sterilitas est sententiarum (vt in Panegyrico in Messalam, Tib. 4, 1). Facilius est iudicium de singulis operis partibus, in quibus conuenientia cum consilio operis, loco suo, opere toto, elaborationis recta ratio quaeritur. In poetis maxime digressionum, quae habentur, vis ad totum opus erit exigenda, et num variandi studio, an ipsi rerum et sensorum naturae tribuendae sint quaerendum. v. Wernsdorf. V. C. Excurs. ad T. I. Poet. Lat. min. p. 244. Schneider Vers. über den Pindar p. 86. ff. Nam de Homericis digressionibus multi fuerunt, qui exponerent. Maxime vero efficiendum est, vt, quam multiplex sit et varia singulorum locorum, quae vulgo etiam laudantur, praestantia et venustas, siue sententiarum, siue orationis, siue nexus, siue modi depingendi et phantasiae exhibendi, virtutes plurimas spectaueris, sentiatur. Nam vniuerse hoc tenere, locum pulcherrimum esse, profecto non sufficit. In decantata illa vitae rusticae commendatione (Virg. Ge. 2, 458 — 474) sunt vel post plures nuperrimorum intpp. curas venustates quaedam nondum animaduersae (maxime illa diuisa inter simplicitatem et grauitatem dictionis oratio) quibus explicandis dicerem animum minutiarum (grammaticarum) recensu fessum recreari, nisi his verbis calumnia esset metuenda. Quam elegans vero est pictura Ganymedis atque Cupidinis astragalis ludentium Venerisque accedentis et filio blandientis (Apoll. Rh. Arg. 3, 119. ff. nam singulae quaedam huius carminis partes egregie sunt elaboratae) quam apte et puerorum et ludentium ingenio omnia atque ad viuum expressa sunt. Cf. quos laudat illustrationis causa, Weston. Hermes. p. 47. f. Difficillimum vero est iudicium de pretio iusto et dignitate vera singulorum operum. Sic quam diuerse statuerint Critici Summi de Cornelii Nepotis vitis, non ignoratur. Atque neminem puto subtilioris sensus interpretem fore, quin iudicet multarum certe vitarum sterilitatem propius accedere ad ieiunam epitomes rationem, nec in festinatione operae facilem habere excusationem (cf. Lessing. Collect. z. Litt. I. p. 175. ff.).

y) Ita probabile est in Meleagr. Carm. 61 et 62. quae nuper etiam bene coniunxisse video Mansonum V. Cl. (n. 64) Nisi nos fallit Pindaricae rationis in carminibus inchoandis et finiendis sensus, carmen 3 et 4. Isthm. male in ed. Ald. connectuntur. Male etiam fuerunt, qui 24. et 25 Id. inter carmina Theocrito tributa, putarent vnius operis esse partes, sed deterius etiam Wartoni, ipsius poetae, est iudicium, carmen 25. Theocr. simplicitate dignissimum esse. Contra multi Homeridarum hymni diuidendi sunt v. Ruhnk. Ep. Cr. p. 7. et Groddeck. de hym. Hom. reliqu. p. 28. ss. Nec secus iudicatum est de elegiis quibusdam Tibulli et Prop. vel potius elegiarum fragmentis.

z) Vt haec difficillima est Critices pars

aut breuioribus libellis atque carminibus, initio ab iis facto, quae manifestum sit, male comparata aut spuria legi *a*). *Denique* de imitatione etiam iusta, quae in scriptoribus antiquis animaduertatur, erit iudicium subtile eo diligentius excitandum, quo saepius huius rei finibus certis nondum constitutis, videmus disputationem de modo quo vnus ex altero sua hauserit scriptor, ambiguam et incertam vagari *b*). Nimirum aut expressit sententiam iisdem fere verbis et imaginibus, quibus antiquior vsus fuerat auctor, aut, quae ille commentatus erat, suis modis exornauit, aut colorem quendam orationis

pars, ita etiam nobilissima, quod minime vulgare postulat iudicii sensusque recti acumen. Nam Grammatica et historica argumenta saepe non sufficiunt ad fidem auctoritatemque libri vel impugnandam vel defendendam. Alia sunt vel ex sensu ingenii eius scriptoris, cui tribuitur, vel aetatis cui adscribitur petenda, subtiliterque aestimanda. Vid. Ruhnk. Ep. Cr. p. 225. 245. pro antiquitate Argonauticorum Pseudo-orphei pugnantem.

a) Vt in Anacreontiis plerisque, Pseudo-phocylideis aliisque. Duae Horatii odae quibus primus liber finitus esse creditur nonnullis, in cod. Rom. nuper inuentae et primum a Villoisono ad Long. p. 311. editae, non credo lectorem sensu acuto praeditum ad alium quam ad imitatorem Horatii relaturum esse. Adeo mihi patet, verba Horatii et imagines adesse, deesse spiritum, quamquam honorificentius statuit Vir D. in Bibliothek von Anzeigen kleiner Schriften Vol. II. P. I. p. 3. ff. vbi recensetur A dissertation concerning two odes of Horace who have been discovered in the Palatin Library at Rome. 1789 4. De duobus characteribus Theophrasti nuper Romae repertis nunc melius statuo, postquam ipsam Amadutii editionem vidi.

b) Quae disputauit Cl. Villoison. Prolegg. ad Longum p. X. ss. non omnem rem complectuntur. Quantum intelligo, iam Macrobii aetate (v. Saturn. 5, 18) non satis certum fuit de verae imitationis notis iudicium. Hoc patet, non posse statim locum ex altero expressum dici in quo aliqua sit sententiae inprimis vulgaris aut dictionis similitudo (quales notantur loci Mureto Var. Lect. I, 4. II. 2, 7. 14. 13. 16.) aut verbum vnum (v. c. κατάπεσσειν, quod Cl. Schneider Versuch über den Pind. p. 111. unice ex Homerico vsu repetiit) ab antiquiore scriptore vsurpatum occurrit. Sed idem statuo, saepe ne definiri quidem posse, quantum et ex quo antiquiore scriptore id fluxerit. Nec nunc raro euenit, vt sensim ideae alienae reddantur ita familiares nobis vt ipsi ignari iis vtamur, nostro tamen modo. Caeterum nolim *semper* in explicanda egregia Latini poetae imagine graecum fontem inuestigari, ne cum sensu inuentionis propriae multum pulcritudinis pereat. Cur vero omnia ab imitatione repetamus, non video.

onis ex eo traxit, ita vt etiam inuerter et illius rationem; aut occasionem ab eius dictis petiit sententiae et imaginis cuiusdam amplius illustrandae *c*). Quae omnia forsan alio tempore explanare singulatim licebit. Praebent enim largissimam vtiliter disputandi materiem. Erit vero ab ista, quam imitationem dixi, parodia atque allusio ad dicta veterum scriptorum probe discernenda *d*). Iam in promtu est, alia scripta et dicta seueriorem postulare interpretis curam, vt ille *aestheticus* siue *criticus* eliciatur et excitetur sensus, alia minus *e*). Itaque interpres non modo, quid vniuerse in eam rem valeat, sed etiam, quae in singulis libris, locis, imaginibus, facienda sint, videbit. Habebit autem suae artis, iustum veri et pulcri sensum formandi, idonea quaedam praesidia et in peritia subtiliorum de orationis omnis virtutibus disputationum (quam aestheticam institutionem appel-

c) Imitationis liberalis et venustae discrimen a seruili et turpi eo maxime continetur, quod non verba singula aut imaginum omnes partes repetitae, nulla temporis aetatisque ratione habita, sed nunc vniuersa sententiae aut imaginis vis comprehensa, nunc singulae quaedam eius partes exceptae, nunc sententia et imago latius exposita et exornata, nunc tractationis omnis ratio vel sequendo expressa, vel invertendo adumbrata est. Cum autem fieri nequeat, quin, qui perfectissima imitetur, ea non attingat, non mirandum est, vel eos, qui liberalissime et prudentissime hac arte usi sunt, saepius esse lapsos. Cf. Floderi Observation. in Theocriteam Virgin. imitationem in Stosch. Mus. Crit. Vol. I. p. 359. ss.

d) Harum exempla frequentia in Aristophane, Luciano aliisque (cf. Brunck ad Soph. Ant. 791) differuntque ab illa cum natura tum consilio.

e) Interpretis accurati, qui sensum veri et pulcri subtilem velit excitare, inprimis in poetarum explicatione versantis, est, omnes sententias, dicta, ornamenta, artem omnem scriptoris singulatim et ita explicare, ut eadem sententia, idem sensus, in lectore exoriatur, qui fuerit auctori, aut quem ipse existere voluerit, nullam ideam, nullam imaginis particulam, nullam vel subtilissimam elegentiam et rationem (die feinsten Züge) vnquam praetermittere, quin exponatur. Sed sunt scripta et loca, in quibus diligentiore hoc efficiendum sit opera, sunt alia quae leuiorem postulant. Si quis vel lyricum carmen Anacreontium eadem opera qua Pindaricum, vel imagines Ouidianas nonnullas eadem cura qua Homericas exponere velit, vereor ne non modo fastidium creet, sed etiam obruat leuiorem venustatem, si quae est illorum carminum, quae subtilius examen recusat.

appellant) et in comparatione locorum vel ab argumento vel a dictione simillimorum *f*).

§. 13.

Verum alia quoque sunt, quae et scire et adhibere interpretem veterum scriptorum in vniuersum oporteat, quo satisfaciat iis, quae praescripsimus, officiis. Nimirum 1) mentis humanae eiusque omnium facultatum et virtutum ita gnarus esse debet, vt, quae ratio et ars exponendi illustrandique dicta quaeuis maxime sit ad sentiendi vim aptissima et efficacissima, et quomodo ea vtendum sit, vt sensus aliorum vere excitentur et subtiliter acuantur, sciat; 2) eum vsum et consuetudinem cum quoque scriptore inierit necesse est, vt quae ad iudicium de eius oratione et ingenio faciant in promtu habeat; 3) non negliget Grammaticorum veterum vsum iustum, siue ad vera iudicia formanda siue ad vana repudianda *g*); 4) est etiam versionum plurium cum scriptore comparandarum et examinandarum non exigua vtilitas, si quaeritur, quid sit, quod iusto sensu percipi et seueriori iudicio definiri conueniat; id enim, quod difficile fuit et obscurum, maleque intelligi aut aestimari potuit, cum causis cur ita euenerit, non citius patebit, quam si versiones vernaculas consulueris *h*). Sed aeque vtilis erit 5) contemplatio accurata

f) Ita Id. Theocr. VI. cum Virg. Ecl. 3; VII et VIII. Theocrit. cum Ecl. 7. vtiliter possunt comparari, in qua postrema mirum Virg. artificium, quod Thyrsin confidenter, superbe, atque inepte canentem et frigidis interdum ornamentis vtentem a Corydone modesto puero Musisque omnibus litante vinci iubet, bene Vossius (Hamb. Musenalm. 1791. p. 30. ff.) animaduertit.

g) Nam nonnunquam et bonas lectiones et idoneum de iis praebent iudicium (Soph. Oed. Col. 1662) et multa suppeditant ex historiae atque mythologiae et linguae copiis vnde verus sensus pendeat (Ruhnk. Ep. Cr. p. 218. f.); et quanquam etiam in falsa lectione defendenda stolide versantur (Brunck ad Soph. Oed. Col. 380. Valk. Diatr. p. 152. f. Ruhnk. Ep. Cr. p. 134.) et frequentissime errant, vbi ad pulcritudinis sensum res redit, monachi et Clerici (v. Schneider. Vers. über Pind. p. 88.): tamen vel haec ipsorum vitia ad sensus nostri subtilitatem iuuandam facient. Cf. I. M. Chladenii Comm. de Praestantia et vsu scholior. graecorum in emend. ac interpret. poetarum in illius Opusc. Acad. T. I. p. 7. ss.

h) Nulla versio unquam *omnem scriptorem* reddet, nulla poterit *commentarii perpetui accurati vices* sustinere, sed prae-

rata variae rationis, qua recentiores commentatores scripta veterum tractauerint, eorumque vsum vel adiuuerint vel peruerterint, cum aut vniuersus, quem sequerentur, eius rei modus ineptus esset atque prauus, aut in singulis etiam locis et partibus a veritate aberrarent *i*), quorum errorum causae ipsae erunt indagandae. Quas causas qui perscrutatus est, atque perspexit, doctus veterum auctorum interpres, intelliget, cauendum sibi etiam esse, 1) ne vel suo singulari sensu, vel aetatis suae et recentiorum temporum iudicio, ea aestimet, accipiatue, quae in scriptoribus remotissimorum temporum et locorum leguntur *k*). 2) ne sensum veri et pulcri, quem explicando loco quoque excitare studuit, obscurum esse et incertis niti suspicionibus, sed explicitum existere atque certis constare rationibus, iubeat *l*); 3) ne plus sentiri elegantiae et venustatis velit, quam locis vere inesse, subtiliori inquisitione facta, intelligatur *m*); 4) ne omnia

praeterquam quod linguae ignaris aliquem veteris scriptoris vsum praebebit, et vernaculam linguam et eruditionem ditabit) hoc efficiet, vt facilius sentiatur, num sententia et virtus loci omnis percepta sit, in causasque inquirere iubebit intelligentiae cuiusuis loci. In quo genere multum proderit plures versiones comparasse, (cf. Brunck. ad Soph. Phil. 293.) quod vt fieri posset curauit nunc nostratium sedulitas.

i) Vel diuersitas iudiciorum et explicationum inde cognoscenda (vt ex Commentario in Horatii Odas cuius primam partem nuper Chr. Henr. Schmidius vernacula lingua edidit) vel sensus recti, si confirmatus ille sit et certus, acumen exercebit, vel interpreti praebebit occasionem ea adnotandi, quae ad rectum iudicium de veritate vanitateque explicationis valeant.

k) Sic quod cum alii (Hom. Odyss. 9, 19. Heyn. ad Virg. T. II, p. 150. s.) tum Pindarus etiam (Olymp. 9.) male propterea reprehensus cum Euripide a Plutarcho de sui Laude T. VIII. p. 133.) se ipsi laudant, id ex sensu antiquissimae simplicitatis aestimandum est. Talia quamquam centies monita sunt, tamen interdum fit, vt eorum obliuiscamur. Neque vero sensus eorumdem hominum idem semper et vbique est.

l) Simpliciter enim dicere, hoc bene, illud male se habere, hac vel illa virtute locum splendere, alium hoc vel illo vitio laborare, id adeo non sufficiet, vt nisi virtutis vitiique et genus et causa et ratio omnis exponatur, nunquam certus et subtilis veri atque pulcri sensus, vagum semper et lubricum iudicium futurum sit. Cf. Bibl. Turic. Vol. III. p. 54. exquisitam obseruationem de Ouid. Met. 3, 425. ss.

m) Id ne fiat, quo errorum genere referri sunt multi commentarii, inprimis aesthetici, verborum quorumque significationes non ex vno loco in omnes erunt deriuanda, non exquisita ornamenta semper venanda. Sic Prop. El.

4,

omnia vnice ad ſenſum reuoc
quae ſenſum illum ipſa adiuue
loci ſententiis atque virtutibu
modum omnem excedat, vt
vbertate perdant *o*); deniq
oſtentatione vana *p*). Vt ve
explicandis efficiendum eſt,
que acuatur, ita interdum mal
tutum ſplendor contrariis viti

Supererat, vt de arte ſenſus
monumentorum interpretatio
quam hactenus inſtitui, comm
dium lectoribus, quanquam
Et cum conſtituiſſem iam nupe
torum et operum artis antiqu
diſputatio ab eius rationibus
libello, hoc anno prodituro,

4, 1, 6. Caſa vniuerſe erit intelli
da vilior domus, non cum Burm.
Romuli.

n) Nam ducitur ipſa recti iudicii i
mandi materies ex accurata linguae e
tiquitatis ſcientia.

o) Partim enim nonnullarum virtu
loci cuiusdam ea eſt natura vt facile
tiantur, partim extenuat vim e
nimia interpretis verboſitas.

p) In congerendis locis ſimilibus
mulis et phraſibus variorum ſcript
ponendisque antiquitatis theſauris,
rum contemplatio diſtrahit mente
auertit. Qui Adoniazuſas The
cum commentario pleniſſimo recon
eruditionis legerit a Summo Viro
Batauos iis addito, eius ſenſum vix
in Theocrito commoraturum eſſe. D
poëtae doctos patiar addi comment

um reuocari, nihil exquisitiori linguae scientiae, ipsa adiuuet, tribui velit *n*); 5) ne in explicandis virtutibus ad sensum lectorum accommodate ita cedat, vt dicta auctoris vim ipsa suam interpretis ; denique ne obruat sensum pulcri doctrinae). Vt vero in optimis potissimum scriptoribus dum est, vt ille veri et pulcri sensus excitetur aterdum malis quoque vtetur eadem arte, cum vir-trariis vitiis magis etiam adaugeri reperiatur *q*). arte sensus exquisitioris et acrioris iudicii per ipsam terpretationem excitandi differeretur *r*), sed ita, tui, commentatio longa et ampla euasit, vt, ne fasti-uanquam beneuolis, crearetur, esset metuendum n iam nuper, institutionem cognitionis monumenartis antiquorum componere, videreturque haec rationibus minime aliena esse, illi eam seruare prodituro, non dubitaui.

e erit intelligen- cum Burm. casa

ecti iudicii infor-ata linguae et an-

ullarum virtutum tura vt facile sen-uat vim earum sitas.

ocis similibus, for-iorum script. ex-is thesauris, quo-rahit mentem et azusas Theocriti issimo reconditae ummo Viro inter sensum vix credo arum esse. Docto di commentarios.

q) In his enim, quid male scriptum et cur sit, ostendetur. Sed vitia haec animaduertisse, iudicium non magis acuet, quam virtutes explicuisse. Caeterum interpres ab historicorum et eorum scriptorum interpretatione qui familiari sermone vtuntur ad eos progredietur poetas, quorum oratio a prosaica propius abest, tum ad magis sublimes atque spiritu elatos.

r) Redeunt omnia huc, vt a scriptis diuersa consilia et rationes monumentorum et operum antiquorum interpres teneat, penetretque, singulis partibus et momentis ponderatis, in intimam auctoris eorum mentem et ideam et sensum, haec reddat interpretando sic, ut non solum mens nostra intelligat, sed animus etiam moueatur facultasque sentiendi afficiatur.